

A LIBROS IMPRIMERE.

Pere ex loco de Typographia.

LIBRI FAMOSI.

sive DIFFAMATORII.

QUI, ET QUIBUS LICITI.

Libelli famosi vocantur scripta quaecumque, sive metro, sive prosa, quae perulant in famam nomenque alicujus invehunt; etque in genere detractionum pessima, nec potest viro probo major inferri injuria, quam nomen ejus palam proficendi, scriptisque duraturis ignominiosè tractari.

Scribuntur autem vel expresso nomine auctoris, vel alieno, vel commentido, uti nuper Liber sub nomine Euphorionis Luzinini, in quo omnes penè Principes vapulant, citra tamen gravem contumeliam: Imò etiam suppresso, uti fit in nupero libello, qui pridem titulo Coronæ Regis prodit, adversus Jacobum magnæ Britanniae Regem. Ipsi etiam qui iisdem scriptis calumnia, & injuriis afficiuntur, vel expresso nomine adducuntur in scenam, vel substituto in locum proprii nominis appellativo, aut composito, sic tamen, ut facile à pluribus cognoscatur, quam personam referat aut involvat.

Apud Grecos improba horum libellorum erat licentia: ut apud quos usitatum, cujusvis nomen, & existimationem in profcenium producere, & in quovis probos carmina profusa jacere. Hinc juvenes larvati per compita impudè discurrebant: Comedi indomita insolentia in obvium, quemque convicia jaciebant, nec Diis, nec hominibus parcentes.

Eho quòd populares, & seditiosi in Republica notarentur; quòd tamen prudentius, & efficacius à Censore, quam à Poeta factum fuisset: tamen edè veniit injuriandi libido, ut viri cujuscumque ordinis forent, improborum hominum, quales communiter sunt, qui in scenam prodeunt, aut saltem vilium nulliusque nominis aut existimationis, judicis & censura subicerentur. Sic ut etiam Pericles, qui maxima auctoritate sua civitati domi fortisque praefuerat, versibus violaretur.

VETITI, POENISQUE ET LEGIBUS VINDICATI.

Severi fuerunt Decemviri, & vehementes in puniendis libellis famosis, quibus quis nomen alterius proficeret, vel traduceret. Ita ut in legibus XII. Tab. decreverint: Si quis acitaverit, sive carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri preceperit, capite punitor. Sanc cum per paucas res capite sanxissent Leges Decemvirales, in his poenam hanc sancendam putaverunt.

Enimverò judicis, ut dicebat African. in libro Cic. de Republica ac magistratum disceptationibus legitimis propositam vitam habere debemus, non Poetarum ingenis: nec probum audire, nisi ea lege, ut audire liceat, & judicio defendere.

Merninit ejusdem Decreti Decemvitalis Arnobius lib. 4. cont. Gen. Carmen iniquis, malum conficere, quo fama alterius coinquinetur, & vita, Decemvitalibus scitis evadere noluisse impunè, &c.

De his etiam luculenter Cic. lib. 4. Tusc. Quæst. Declarant, inquit, XII. Tabulæ, condij tam solum esse carmen, quod ne liceret ad alterius injuriam, sanxerunt Leges.

Pipian. L. Cornel. §. si quis librum de injur. dicit: Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolevo malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, ut de ea re agere liceret, voluit Senatus, & quis condemnatus sit, qui id fecit, lege interstabilis esse jubetur.

Idem Pipianus L. is cui, §. si quis, de Testam. Si quis, inquit, ob carmen famosum damnatur, S. C. expressum est, ut sit interstabilis; unde nec testamentum condere poterit, nec ad illud testis adhiberi.

Extat de ea re hæc quoque Caji interpretatio L. cum lege, de Testam. Cum lege quis interstabilis esse jubetur, eò pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eò amplius, ut putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium. Ex his verbis colligere possumus, nec recitari esse posse, nec testamentum fa-

tere, sed & nec ex aliorum testamentis quicquam capere. E Quomodo enim hereditatem testamentum relictam contingeretur, nisi subsidio alieni testimonii? atqui id eadem est. Et sanè dignus est, ut qui alium turpiter infamare studuit, ipse non modò infamis fiat, sed & (quod longè gravius est) interstabilis. Ergo facer atque interstabilis esto. Sic intelligimus, quid illud sit, quantumque valeat, quod Accadius respondit, ob carmen famosum damnatum, interstabilem fieri. Porro Ulpianus adjicit, eadem poena ex Senatus consulto teneri etiam eum, qui scripturam aliunde quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendatum vendendumve curaverit. Quo verò tempore, aut quo auctore factum sit illud Senatusconsultum, certe adfirmare non possum, nisi si Augusto, vel Tyberio adscribas. Illud certum est, annis ccc. xxx. post Augustum editum esse acerbis quoddam Valentinianus Valentisq; edictum, ut qui quicumque loco famosi libellum invenit, nec statim contulerit, sed alicui patefecerit, capitali supplicio coerceretur.

Sic in hoc genere sanctio XII. Tab. post annos septingentes, & septuaginta, non modò confirmata est, sed etiam aucta atque producta. Adeò vita est publica utilitas inde emergere, ut loquitur Ulpianus.

Si quis plures requirat Cæsarium leges de famosis libellis, quæ in Justiniani Codice defiderantur, extant Libro nono in regri Codicis Theodosiani. Ubi & Constantini Imperatoris, ejusque filii Constantini Constitutiones leguntur, ne quis libello famoso notatus veniat eo nomine in aliquod periculum, aut vita, aut famæ. Nam & (inquit Constantinus Imp.) innocens potius creditur, cui desuit accusator, cum non defuerit inimicus.

Sed & Plutarchus ad Pericles scribit, Thurionum legibus cautum fuisse, in Comediis taxantur cives, præterquam adulteri, & curiosi.

Leges verò duodecim Tabul. quarum supra meminimus, illustrat ipse Horatius, cum illam scitrem, & nimium disolutam veteris apud Grecos Comædiæ licentiam, sicuti & illam apud Romanos aliquando Fescenninam, lege lata coercitam fuisse, & coercere debuisse, est in initium fortasse, cum notandum excederet modum, tolerabile esse potuerit, multis locis ostendit. Locos describam, erunt enim veluti commentarii ad legis XII. Tab. Lib. I. Sermonum.

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poete, Atque alii, quorum Comædia prisca virorum est, Si quis erat ad dignum describi, quod malus, aut fur, Aut machus foret, aut scarius, aut aliqui Famosi: multa cum libertate notabant.

Idem in arte Poetica: Succesit vetus his Comædia non sine mulæ Laude, sed in vitium libertas incidit, & vim Dignam lege regi. Lex est accepta, chorilque Turpiter obtinuit, sublato jure nocendi. Idem lib. 2. Epist. ad Augustum, loquens de Fescenninaveterum petulantia: Liberta que recurrentes accepta per annos Luste amabiliter, donec jam sevis aperta in rabiem verti cepit jocus, & per honestas Ire domos imponeat. Dolere creverit Dense laceffiti, fuit ins adhis quoque cura Conditione super communi, quin etiam lex Pernaque lata, malo que nolle carmine quenquam Describi. Fervere modum formidine suspis Ad bene dicendum, delebandumque Poete.

Huc quoque pertinet, quod significat in Trebatio Jurisconsulti prudenter admonitum fuisse his verbis: Sed tamen ut monitis carere, ne fortis negoti Incuriat tibi quid sanctorum infamia Legum. Si mala condiderit in quem quis carmina, laesse Induciumque.

Non possum hac in re vel graves auctores citare, vel melioribus uti interpretibus. Certè hæc XII. Tab. legem secutus Augustus videtur, cum judicium de libellis famosis non minus vehementer, quam Majestatis esse voluit. Sic enim Corn. Tacitus lib. 1. scribit, eum legem Majestatis reduxisse, ut non solum facta arguerentur, sed & dicta: primumque cognitionem facti famosis libellis, specie legis ejus tractasse, commotum Cæsari Severi libidine, qua viros feminaque illustres proca-cibus scriptis infamaverat.

Porro & veteribus Ecclesie Christiane Synodis fuisse hæc rem curæ palam est. Nam & Elberinum Concilium in Hispania graviter damnare famosos libellos notum est.

Liberalitas, Gr. εὐδαιμονία, εὐδαιμόν, liberalis dicitur. Hebr. Nedhabab, magnificentia, liberalitas: proprie sumitur pro eo, quod pili spontè Deo dicant, & tribuant, vel quod confertur in sacrificium, & in pium usum, nulla legis obligatione, neque voto aliquo. Ps. 54. vers. penult. & 119. 107. Nedhab, liberalis, munificus, & Nedebim, liberales, munifici, cognominantur Magistratus, & Principes divites. Exod. 35. 5. 22. Ps. 113. v. penult. Prov. 19. Psal. 47. vers. ult. Esai. 32. 8. à verbo Nedhab, Munificus & spontaneum fecit, promptum reddidit, sumptus liberales fecit. Hinc per metathesin literarum δωδαιμόν, expendo liberaliter, δωδαιμόν, liberalis. In 4. conjug. Hebr. Hidnadab, spontè dedit.

Definitur autem liberalitas ab Aristotele, virtus que moderatur amorem pecunie, & redditus non faciles, & promptos ad eas expendendas, quando ratio dicitur, ut rectè docet ex eodem lib. 4. Ethic. c. 1. S. Thom. 2. 2. art. 2. & 3.

Pecuniam autem vocamus non solum nummos, sed omnia quorum pretium pecunia metitur. Cum namque cupiditas in homine fit maximum vitium, oportuit, per aliquam virtutem ejus rigorem moderari.

Liberalitas autem à voce liber deducitur, quòd nempe qui hanc virtutem habet, liberius utatur suis bonis, quam illi qui tenacitatis compede illa irretitur; unde & disciplina liberales, quasi libero homine dignæ.

CIRCA QUID VERSETUR, ET ILLUS MODUS. Liberalitas immediate versatur circa æstimationem, & affectum divitiarum, utriusque modum ponendo, & faciendo eas amari in suo gradu: mediatur verò circa earumdem usum, tollendo impedimentum, scilicet amorem earumdem, & inclinando ad eas erogandas certo modo, ut nempe libenter, & hilariter largiatur, inritu affectus, aut vita socialis: non quia egent, aut illis debeas quidquam ratione beneficii accepti, quia hoc aut misericordiam foret, aut gratitudinis, non liberalitatis.

Igitur objectum materiale, & immediatum hujus virtutis, sive materia proxima, est cupiditas pecunie, cui modum imponere, est ultimus illius finis: unde consequenter modus hic objectum formale: erogatio verò pecunie, mediaturum ponitur. Ita Lessus lib. 2. c. 47. dub. 8. de Jur. & Jus.

ENCOMIA, ET COMMENDATIO. Liberalitate nihil est nature hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obset benignitas, & iis ipsis, quibus videtur benignè fieri, & ceteris: Nam qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neque liberales, sed perniciosi judicandi sunt. Deinde ne major sit benignitas, quam facultas, nam qui benigniores esse volunt, quam res patitur, primum in eo peccant, quòd injuriosi sunt in proximis, primum in eo peccant, quòd non tam natura liberales, videre etiam liceat inductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quam à voluntate. Tum illud unum considerandum est, ut pro dignitate cujusque tribuatur; in quo mores erunt spectandi ejus, in quem beneficium confertur. Cic. 1. Offic. Danda est opera, ut iis beneficiis quamplurimos afficiamus, quorum liberis posteritque prodatur memoria. 2. Offic. Liberalitas qui utitur, benevolentiam sibi conciliant, & (quod appetitissimum est ad quietè vivendum) charitatem. De Finib.

Bene præcepit Ennius, ut quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia: Non prohibere aquam profluentem: Pati ab igne capere ignem: Si quis velit consilium, fidele deliberanti dare; quæ sunt utilia qui accipiunt, danti non molesta. Cuius verus non padebit subterhere: Homo qui erranti comiter monstrat ad viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit Venerabilissimus si placeat, cum illi accenderit. Cic. lib. 1. Offic.

VITIA OPPORTA. Liberalitati opponuntur duo vitia extrema, Avaritia, & Lib. B. T. beatr. vit. Human. Tom. IV.

A Liberalitas. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Liberalitas, Gr. εὐδαιμονία, εὐδαιμόν, liberalis dicitur. Hebr. Nedhabab, magnificentia, liberalitas: proprie sumitur pro eo, quod pili spontè Deo dicant, & tribuant, vel quod confertur in sacrificium, & in pium usum, nulla legis obligatione, neque voto aliquo. Ps. 54. vers. penult. & 119. 107. Nedhab, liberalis, munificus, & Nedebim, liberales, munifici, cognominantur Magistratus, & Principes divites. Exod. 35. 5. 22. Ps. 113. v. penult. Prov. 19. Psal. 47. vers. ult. Esai. 32. 8. à verbo Nedhab, Munificus & spontaneum fecit, promptum reddidit, sumptus liberales fecit. Hinc per metathesin literarum δωδαιμόν, expendo liberaliter, δωδαιμόν, liberalis. In 4. conjug. Hebr. Hidnadab, spontè dedit.

Definitur autem liberalitas ab Aristotele, virtus que moderatur amorem pecunie, & redditus non faciles, & promptos ad eas expendendas, quando ratio dicitur, ut rectè docet ex eodem lib. 4. Ethic. c. 1. S. Thom. 2. 2. art. 2. & 3.

Pecuniam autem vocamus non solum nummos, sed omnia quorum pretium pecunia metitur. Cum namque cupiditas in homine fit maximum vitium, oportuit, per aliquam virtutem ejus rigorem moderari.

Liberalitas autem à voce liber deducitur, quòd nempe qui hanc virtutem habet, liberius utatur suis bonis, quam illi qui tenacitatis compede illa irretitur; unde & disciplina liberales, quasi libero homine dignæ.

CIRCA QUID VERSETUR, ET ILLUS MODUS. Liberalitas immediate versatur circa æstimationem, & affectum divitiarum, utriusque modum ponendo, & faciendo eas amari in suo gradu: mediatur verò circa earumdem usum, tollendo impedimentum, scilicet amorem earumdem, & inclinando ad eas erogandas certo modo, ut nempe libenter, & hilariter largiatur, inritu affectus, aut vita socialis: non quia egent, aut illis debeas quidquam ratione beneficii accepti, quia hoc aut misericordiam foret, aut gratitudinis, non liberalitatis.

Igitur objectum materiale, & immediatum hujus virtutis, sive materia proxima, est cupiditas pecunie, cui modum imponere, est ultimus illius finis: unde consequenter modus hic objectum formale: erogatio verò pecunie, mediaturum ponitur. Ita Lessus lib. 2. c. 47. dub. 8. de Jur. & Jus.

ENCOMIA, ET COMMENDATIO. Liberalitate nihil est nature hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obset benignitas, & iis ipsis, quibus videtur benignè fieri, & ceteris: Nam qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neque liberales, sed perniciosi judicandi sunt. Deinde ne major sit benignitas, quam facultas, nam qui benigniores esse volunt, quam res patitur, primum in eo peccant, quòd injuriosi sunt in proximis, primum in eo peccant, quòd non tam natura liberales, videre etiam liceat inductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quam à voluntate. Tum illud unum considerandum est, ut pro dignitate cujusque tribuatur; in quo mores erunt spectandi ejus, in quem beneficium confertur. Cic. 1. Offic. Danda est opera, ut iis beneficiis quamplurimos afficiamus, quorum liberis posteritque prodatur memoria. 2. Offic. Liberalitas qui utitur, benevolentiam sibi conciliant, & (quod appetitissimum est ad quietè vivendum) charitatem. De Finib.

Bene præcepit Ennius, ut quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia: Non prohibere aquam profluentem: Pati ab igne capere ignem: Si quis velit consilium, fidele deliberanti dare; quæ sunt utilia qui accipiunt, danti non molesta. Cuius verus non padebit subterhere: Homo qui erranti comiter monstrat ad viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit Venerabilissimus si placeat, cum illi accenderit. Cic. lib. 1. Offic.

VITIA OPPORTA. Liberalitati opponuntur duo vitia extrema, Avaritia, & Lib. B. T. beatr. vit. Human. Tom. IV.

Prodigalitas, sive profusio. Avaritia, quæ Aristot. dicitur adopia, quia res illibeta, homineque libero indigna, excedit in æstimatione, & amore divitiarum, & consequenter in illis nimium retinendis, aut nimia anxietate conquiritur: unde & αλαζονεία Grecis à studio plus habendi appellatur, & opponitur liberalitati per defectum; estque mortale peccatum, quando ob consequendas vel retinendas divitias paratus quis est aliquod præceptum violare obli-gans sub mortali.

Profusio avaritia, Aristoteli, quæ per excessum opponitur in erogandis opibus, vel etiam per defectum in conservandis, est vitium quo datur plus, quam oportet, & quibus, ac quando non oportet.

De utroque vitio consulatur Tit. proprius. DE LIBERALITATE JUDICIA, ET APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

Bion semper dicebat, esse optabilius suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere. Sensit, felicius esse dare, quam accipere. Laert. 1. 4.

Diogenes, cum à Platone petisset paululum vini, simulque caricas, Plato misit lagenam plenam vino. Cui Cynicus hunc in modum gratias egit: Cum interrogaris, quot sint duo & duo: respondes, viginti. Ita non secundum ea, quæ rogaris, das, nec ad ea, quæ interrogaris, respondes. Laert. 1. 6. c. 2.

Aristoteles cuidam increpanti, quòd homini malo dedisset elemosynam: Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum, etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus. Debetur enim hoc officium, si non meritis illius, qui juvatur, certè natura: Et bonus fieri potest, qui malus est. Laert. 1. 5. c. 1.

DEMOSTHENES, interrogatus, quid Deo simile haberent homines: respondit, Benignè facere. Max. ferm. 9.

XENOPHON dicere solebat, multò præclaris ac laudabilius esse beneficiorum, quam trophæorum multitudinem post se relinquare. Stob. ferm. 46.

ARCELAUS, quum Appellem Chium agrum invisens, etiam egere sensisset, post die revisit illum, decem drachmas secum adferens, & proximè assidens: Hic nihil est, inquit, præter Empedoclis elementa. Deinde sub cervicali cana deposuit drachmas, ab ancilla paulò post repertas. Tunc Cæger: Hic est, inquit, Arcefilai ludus. Eras. lib. 6. Apoph. Plut.

AGESILAUS sibi multò jucundius esse dicebat, si milites suos ditaret, quam si ditaret ipse. Plut. in Laer. Apoph.

ANAXILAS interrogatus olim, quid in tyrannide omnium esset felicissimum? respondit, in conferendis beneficiis nunquam vincì. Stob. ferm. 46.

TIMANDRIDAS, quum peregrinationem suscepisset, familie procurationem filio delegavit. Deinde reverens, postquam rem multis partibus audierat reperisset, quam antea fuisset, multos dixit ab illo Deos, & familiares atque hospites injuriis affectos. Etenim quæ in facultatibus superant, ea in illos à liberis civibus erogati, Verum dum, inquit, in his vivis actus, pauper atque egenus videris: At quum etivis defungis, opes, & divitiæ rei familiaris deprehenste turpitudinem tuam appetent. Eliau. lib. 1. 4. de Var. bist.

CYRUS, cum quidam ad eum misisset ornamenta multa, ea distribuit amicis. Quodam verò quærente, cur sibi nihil reliquisset? Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non potest: amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornamentum apud esse putabo. Max. ferm. 6. H.

ARTAXERXES Longimanus dicere solebat: Regalius esse addere, quam adimere. Sentiens, principe dignus esse, honores & opes eorum quibus imperant, augere potius, quam imminuere. Plut. in reg. Apoph.

DIONYSIUS senior, quum ad filium ingressus confexisset vasculorum aureorum, & argenteorum magnam vim, exclamans: Non est, inquit, in te regius animus, qui his pocalis, quæ à me tam multa accepisti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens, absque civium benevolentia regnum nec parari, nec teneri. Benevolentiam verò maximè conciliat liberalitas. Ut juvenis, rerum imperitus, putabatur esse felicius habere argentum, & aurum, quam amicos. Plut. in Apoph.

DIONYSIUS Junior, quum læpè pecuniam Platoni daret, atque is nunquam acciperet, Aristippus, qui aderat: Tutò, inquit, liberalis, & munificus est Dionysius. Bruff. 1. 2. 1.

Cum Satibarzanes Artaxerxis à cubiculo, quiddam minus iustum ab eo peteret, sentiretque rex illum hoc facere sollicitatum triginta Daricorum millibus, quæstori grati sui mandavit, ut Daricorum triginta millia ad eum deferret, eaque dedit. Satibarzanes.

A Satibarzani, dicens, Accipe à Satibarzanes: nam hæc tibi cum dederò, non ero pauperior. *Plut. in Apoph.*

ALEXANDER, quum 200. aris alieni talenta sibi conflasset, non antè navem confendit, quàm rebus amicorum pensatis, huic quidem agrum, illi villam, alteri domorum proventum, alteri portoria clariguit. Absumptis igitur ac distributis ferè regis opibus omnibus, rogatus à Parmenione, quid regi superesset? respondit Alexander: Superest mihi spes acquirendi majora. *Plut. Idem interrogatus à quodam, ubi nam suos thesauros haberet? à amicis ostendens ait, In ferinis: summa enim liberalitate suos amicos semper amavit. Max. serm. 6.*

ALEXANDER, Anaxarcho philosopho iusserat quæstorem dare, quantumcumque ille postulatet: cumque quæstor audita postulatione turbatus, Alexandro indicasset, Philosophum petere centum talenta, qui tantum dare & possit & velit. Hic dubitans, utrum potius admirari oporteat, regiam liberalitatem in donando, an philosophi improbitatem in postulando: nisi malumus hanc vocare fiduciam. *Plut. in Apoph.*

B Idem, quum cuidam orbem donaret, dicente eo, cui donabatur, Non convenire fortuna suæ: Non quero, inquit rex, quid te accipere decet, sed quid me date. *Seneca.*

PERILLUS, unus ex amicis Alexandri, filiabus suis ab Alexandro dotem petiit, iussit rex illum capere talenta quinquaginta: cumque is respondisset, decem satis esse; Tibi quidem, inquit, satis est tantum accipere, mihi verò non satis est tantum dare. Præclare dictum, nisi virtutis indolem ambitio vitiafferet. *Plut. in Apoph. Senec. Idem Xenocrati philosopho quinquaginta talenta dono misit, ea quum ille recusasset accipere, dicens, sibi non esse opus: interrogavit, anne amicum quidem illum haberet, cui esset opus? Nam mihi, inquit, vis Darii opes in amicos succurrerunt: Hic, utrius animi magis admittari conveniat, nondum statui: regine tam ad liberalitatem propensum, an philosophi, qui tantum munus à tanto rege ultrò delatum remittit. *Plut. in Apoph.**

C Antigonus Aristodemum, qui unus ex amicorum numero fuit, è coquo, ut putabatur, prognatus, suadenti, ut impendisset ac largitionibus aliquid detraheret: Verba tua, inquit Aristodemus, olent. Subindicans, coquorum esse parsimoniam, non regum, proinde illum tali consilio non meminisse, cuius esset amicus, sed quo esset patre natus. *Plut. in Apoph.*

LOCULLUS, cum ob nimiam liberalitatem reprehenderetur ab amico, respondisse fertur: Benemeritis semper patrem remittendam esse gratiam. *Plut.*

M. ANTONIUS filium habebat ex Fulvia, is puer Philotæ dederat ingentem valorum vim; quæ cum ille recusaret accipere, metuens, ne pater tantam filii liberalitatem non probaret: Quid times, inquit pater, accipere? An nescis cum qui dat, filium esse Antonii? *Plut. in Ant.*

T. VESPASIANUS interrogatus, cur tam multa polliceretur amicis? respondit, non oportere quemquam à Cæsare tristem discedere. *Sueton.*

ALEX. SEVERUS ei, qui nihil petebat: Quid est, ait, quod nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete, ne privatus de me queraris. Voluit autem indicare Imperator prudentissimus, subditorem esse, ita gerentis erga superiores, ut petentes aliquid digni sint, qui ex principis liberalitate amplissima accipiant munera. *Lamprid.*

D CONSTANTINUS CHORUS. *Idem. Vide ut sequentem. CHRISTIANORUM.*

Non ita claudenda est res familiaris, ut eam aperire non valeat benignitas; nec ita reservanda, ut omnibus pateat, inquit in Officiis eloquentie pater, sed considerandum, ut pro dignitate cuique tribuatur. Ad cuius rei gloriam ardentius nemo anhelavit Leone X. Pontif. cuius egregia illa vox: Principis loco indigni sunt, qui fortunæ munibus beneficia manu uti nesciunt. Quare merito suam etiam Proculeium hoc verbi celebrat *Horatius:*

*Vixit extento Proculeius ovo,  
Notus in fratres animi paterni:  
Illum agit penna, metuentem solvi  
Fama supersee.*

P. Iovinis in Leon. 10. lib. 4. Rogabatur Petrus Aldobrandinus Card. quodnam beneficium existimaret maxime gratum, & respondit: Quod non fuit petium. Præclare certe. Quò enim quis sua sponte impensus benefacit, eò magis naturam immortalium Deorum attingit, quia

Gratia que tarda est, ingrata est: gratia namque cum fieri properat, gratia grata magis. *E*

Ex Henrico Farnes. Laur. Beyerl. in Apoph. Christ. Idem dicere solent, Principum liberalitate Musas esse pascendas. Musæ enim, quæ honesta, non quæ quaestiosa, sequuntur. *Ibid.*

Erant Carolus IX. F. R. inter principes sui aevi munificentissimus. Qui reprehensus, quòd pecunias non daret, sed profunderet, Regem, aiebat, in dando faciliem esse oportet. Nam populus fluminis instat pecunias in flumem ceu ad Oceanum delect. *Ex Annal. Franc. Idem ibid.*

Quid & Alphonsum loquar? Res pernota est, bonum fuisse, & prudentem; sed & liberalem, dicta ejusdem, & facta loquuntur. Deferbarur ad eam summa decem millium aureorum, cumq; ex adstantibus quidam se ea beatum fore diceret; Accipe, inquit Alphonsum, quantacumque ea est, & beatus esto. Verè huic dicere poterat, quod alteri accommodat *Ovid. in Fastis:*

*Quid moror, & variis onera tua pectora causis?  
Eminet ante oculos quod petis ecce tuas.*

Idem ex Panorm. lib. 4. de gell. Alphon. Eadem laude clarus Richardus Britannia Rex, qui cum apparato convivio adverteret, duos equites artètiens colloqui & vasa quaedam sumptuosiora aspiceret, & mirari; accessit, & quibus de rebus verba faceret, sciscitatur: constitit unus; Dicebamus, ait, voto nostro tum demum fore satisfactum, si duo ex hoc valorum numero nobis obtingerent. Cui Rex subridens; Ne ob id contenti esse desinit, en vestra sint. An non hic de illo exclamaret Claudianus, quod de Eutropio;

*Nil negat, & sese vel non voscensibus offert?  
Ex Bap. Fulgos. lib. 4. Beyerl. supra.*

Idem Natalitibus Salvatoris dum sacellum auro gemmisque exornati curasset, & Aqueus Antistes Bonifacii Pontif. Legatus in eo reit divinum peressisset, jamque paramenta vestisque Pontificias exueret; Rex nihil de ornamentis amovendi jubet, apprehensaque Legati manu: Equum, ait, mihi non videtur, Pontificium Legatum aliena veste ornamentisque sacrificare: quare quidquid in hac ade est ornamentorum, rium esto. *Id.*

Huic in hoc virtutis splendore similis Carolus V. Imper. G. cuius illa vox: Regis liberalitatis summa cum Sole convenit: nam velut is indurat lumem, & emollit ceram; ita hæc quorundam animos emollit, quorundam indurat. *Collig. ex Cyp. in Orat. de Vita episcopi.*

LIBERALITATIS, sive MODERATIONIS PECUNIARIE POSSESSIO, EXERCITATIO CONSIDERATIO. Secundum personas.

QUI LIBERALES, MAGNIFICI, magnitudo. Non avati, in genere. *Pontifices.*

D. GREGOR. Pontifex, non contentus vulgi tantum subvenire inopie, omnibus ubique Christi servis, quantum Romanæ censu Ecclesiæ suppeditare potuit, necessaria ministravit, & ministrando effecit, ut in monasteriis monachorum crederet numerus; in solitudine degentibus, in commoda solitudinis minus gravis forent; per Syriam dispersis, & in Sina usque habitantibus, Roma non ita abesse, ut abest, videretur. *Mart. lib. 1. cap. 2.*

Leo X. Pp. nulla in re ardentius, & effusius, quam ad liberalitatis gloriam anhelavit, eos principe loco indignos existimans, qui nequaquam beneficia manu facultates suas erogarent, Nemo enim vel civis, vel peregrinus, qui panis nobilioris aris famam teneret, nemo vel maleficus Poeta, nemo aliquis optatissima literarum partis non ignarus inquam fuit, qui benignitatem humanissimi principis non sentierit. Quinciam ipsium contentem spectantes, ex his adventitios, & parum notos homines, ultrò pecunia donare erat solitus, eò prætertim libentius, quum obsoleta veste indutus conciperet. Purpuream etenim crumenam quotidie aureis numis sibi repleri jubebat, ad incertas excendende liberalitatis occasiones. Sacerdotes quoque fraterculos, & factas virgines, quæ intra septa religiosè pudicitiam custodirent, mensuris subfidis elemosynæ nomine jubabat. Magnam veteranorum militum ac exulum alebat numerum, nihilque vehementius contendebat, quam ut homo calamitatem, & fortunæ adversæ mala, & incommoda pateretur. Tanta agrèssum populorum omnium gratulatione atque

A atque letitia excipiebatur, ut cuncti ejus adventum se vel fructuosiss. mensibus fertiliorem sentire faterentur: ut potè, qui senibus ac pueris, puellique in viam effusis, ac rustica munera passim offerentibus, non modò pecuniam largissima manu rependeret, sed etiam appellando, quam maxime in parte rei domesticæ acris à fortuna premerentur, virgines dote præbita sublevaret, affectis autem morbo ac ætate, vel numerose familie onere prægravatis, æs alienum protinus dissolveret. *Jovius in Leone X. lib. 4.*

Cum Adrianus Pontifex die quadam inter compresbyteros suos à Sanctissimo Papa Sergio consuetudinaliter denariis quadraginta perceptis, domus suæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiscaliter solito more, velut ad horreum commune, confluerat, omnino nequiret, misericordia motus, Equestris suo retulit, nihil sine tantis straribus in tantillis denariis sibi esse commune. Cumque ille neque tertiam partem pauperum singulos denarios posse sufficere intulisset: Virtute, inquit, Christi, qui de quinque panibus, & duobus piscibus, quinque millia hominum satiavit, non singulis singulos, sed terdecim singulis denarios erogabo. Hæc dicens, fortissecus portæ subfidens, ac de manu Equestris sui suscipiens, peregrinis cunctis egredientibus ternos sigillatim denarios erogavit. In qua redemptione cum miraretur Equestrer, non solum non defecisse denarios, quinimò fuisse super; liberalis presbyter, eis quisquis super, domum se recipiens, multitudini familie suæ ternos nihilominus peroniam nummos largitus est. At cum sex idem deni superesset: Vides, inquit, quam largus, & quam suavis sit omnipotentissimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum, & fratribus nostris per ternos distribuit, & mihi ternos, & tibi ternos aqua sorte servavit? *Bar. T. 10. Ann. an. 867.*

EPISCOPUS. ADELPHONUS Rex Castellæ, æta 1251. Octavo Kalendaram Decembris, congregato exercitu urbem ingressus est Toletanam, & transiens fixit castra apud Beatiam contra Arabes, ubi tanta invaluit fames, ut exercitus comes humani generi insuetas edere coegeret, nulla enim victualia ferebantur. Rex ergo omnibus fere fame deficientibus, suorum consilio facta cum Arabibus treuga rediit Caltraneam: Magnates, & cæteri, proter quisque pontifex, eorum necessitatibus subveniret. Rodericus Toletanus Pontifex attendens Verbum Joannis Apostoli: Qui viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clausit viscera misericordie suæ, quomodo charitas Dei est in illo? & Pace fame moventem, quasi, nisi paveris, occidisti: totum argentum, quod apud se posuit invenire, straribus erogavit, & elegit ipse cum indigentibus indigere. *Roderic. Tolet. lib. 3. de reb. Hisp. era 1251.*

Reges, Imperatores. CYRUS Persarum regno potius, nullum in suos liberalitatis genus prætermisit: non pecuniam, sed amicos, quibus ipse plurimum contulisset divitiarum, suos esse thesauros ducens. Quamquam non modò familiares & amicos, sed è subjectis unumquemque adeò gauderet copia rerum abundare, ut boni regis proprium officium, quia & opus esse diceret, etiam civitates beatas efficeret. *Pont. de Principe, ex Xenoph. Pedia.*

Alexandrum Macedonem ingentis spiritus terrarum principem, inter alia quibus eum natura dotatum celo quodam modo inferuerat, magna fua gloria solitum predicare legimus, à nemine se unquam benignitate fuisse superatum. *Cælius lib. 7. cap. 28.*

PROLOMEUS Philadelphus, rex Egyptiorum, maxima cum voluptate amicos suos locupletes effecit. Dicebat enim: Melius est ditare, quam ditescere. *Elia.*

CLEOMENES & Ptolemæus, reges Egyptionum, adeò benefici erga cunctos extirerunt, ut inde beneficiorum cognomina deportant, Evergetæ dicti. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 11.*

HERODES Judæorum rex, magnificus fuit in omnibus rebus, ita ut Augustus & Agrippa sæpè dixerint, quòd major quam pro præfenti ditione, esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syriæ atque Egypti imperio. *Iosephus lib. 16. cap. 9.*

AGRIPPA Judæorum rex, erat adèo natus ad liberalitatem, ac beneficiis demerendos populos, ut magnis sumptibus pararet sibi celebritatem nominis, pro magna voluptate ducens quaesitam munificentia gloriam. *Iosephus lib. 19. c. 7. Amiq.*

C. JUL. CÆSAR omnibus remp. tractantibus opulentiam propinavit Gallicam assatum hauriendam. Curionem tribunum

plebis magno æte alieno liberavit, consuli donavit Paulo septuagies quinquies h. s. quo argento celebrem illam basilicam juxta forum loco Fulviæ edificavit, dedicavitque. Pompeius cum mitteret repetitum milites, quos ei ad bellum Gallicum commodaverat, eos Cæsar donatos millenis nummis remisit. *Plut. in Cæsare.*

Augustus Cæsar liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & invecita ubi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummarie effecit, ut fœnore diminuto, plurimum agrorum preteris accesserit. Et postea quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulgit. *Suet.*

VESPASIANUS fecit templum Pacis foro propinquum. Item amphitheatrum in media urbe. Explevit censum senatorium. Consulares inopes quingentis sestertiis annuis sustentavit. Plurimas per totum orbem civitates terræmotu aut incendio afflictas in melius restituit. Primus è sico Græciæ Latinique rhetoribus annua centena concessit. Præstantes poetas, & artifices coemit. Colossi refectorem magna mercede donavit. Cuidam sumptum increpanti, respondit: Si ferebat plebeculam pascere pane. Dedit Apollinari trageta cccc. sestertia. Tarpejo Diodoroque citharedis ducenta Apophoreta dabit viris in Saturnalibus, & fœminis Calendis Martiis. *Ibid.*

Titus Vespasianus Imp. natura benevolentiss. cum instituto Tiberti omnes dehinc Cæsares beneficia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem & ipsi dedissent: primus præterita omnia uno confirmavit edicto, nec à se peti passus est. In cæteris verò defunctis animum hominum oblatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Quin & ad monumentis domesticis, quasi pura polliceretur, quam præstare possent: non oportere, ait, quinquam à sermone principis tristem discedere. Atque etiam recordatus quondam super cenam, quòd nihil cuiquam toto die præstisset, memorabilem illam, meritòque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidit. *Idem.*

DOMITIANUS congiarium populo numorum ccc. ter dedit, & inter spectacula muneris largissimum epulum. Septimontiali factorum die senatus, & equitibus panaria, & sportellas cum obsonio distribuit. Sparis & dona missilia in populum. Multa opera incendio absumpta restituit, & inter cætera Capitolium, in quo adem custodi Jovi, & forum excitavit.

De Probo Imperatore ita canit Claud. *Hic non divitiis nigrantibus addidit antris,  
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre  
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.  
Quippe velut densò currentia muneris nimbis,  
Cernere semper erat populus undare Penates,  
Assiduos intrare inopes, remeare beatos,  
Præcepit illa manus fluxivos superabat Iberos,  
Aurea dona vomens.*

In Ramegryco. HADRIANUS (quem tradunt reges omnes vicisse munere magnificientia) ut fuit in conferendis muneribus magnificientissimus, sic alieni continentissimus, & in delectu habendo etiam prudentissimus. Amicos, & quidem non petentes, locupletavit, & petentibus nihil negavit. Aurum cotonarum Italiae remisit, provinciis minuit, multos etiam populos tributis levavit. *Pont. c. 19. & 22. de Libor.*

ALEXANDER Severus Imp. cogitabat secum, & descriptum habebat, quid præstiteret, & si quos citret, vel nihil petisse, H vel non multum, unde sumptus suos augeret, vocabat eos, & dicebat: Quid est, cur nihil petis? an me vis tibi fieri debitorem? pete, ne privatus de me queraris. Dabat autem hæc in beneficiis, quæ famam ejus non læderent: bona punitorum, sed nunquam cum auro, argento vel gemmis (nam id omne in ætariam reponere) dabat præposituras locorum civitatum, non militum: dabat eas administrationes, quæ ad procuraciones pertinerent. *Lampridius in Alexandro Severo.*

NERVA Imp. à Domitiano spoliatus, ea reddidit, quæcumque in aula ac sico reperta sunt, summa fide. Civibus autem egenis, ut vitam sustentarent, decies & quinquages centena milia numum erogavit. Jussum super ejus Senatoribus delecti, qui agros emerent, dividerentque egenis. Puellas perotroque parentibus pauperibus natos, sumptu publico per Italia oppida ali jussit. Ad hæc afflictas civitates relevavit, & quicquid antea penè nomine tributo accesserat, indulgit. His aliisq; laudatiss.

A tiffimis sumptibus exhauftis pecuniis, vestes, vasa argentea aureaque, ac suppellectilem omnem, cum agris una, & domibus, auctioni subiecit ac vendidit, necessarios paucis reservatis, ut amicos iuvaret, quibus ingentia contulit. Sed ut impendia releveret, sacrificia multa, equestris cursus, spectaculorum, & ludorum genera sustulit. Nec sibi aut eas argenteas poni statuas passus est. Cyprian. ex Aurelio Vict. & Xiph.

PERTINAX Imp. Imperatoris possessionibus nomen suum inferri prohibuit, dictitans, Non esse illas proprias imperatorum, sed communes Romanorum & publicas. Vectigalia omnia penitus remisit, atque in antiquam libertatem revocavit. Donativa & congiaria, quae Commodus promiserat, exolvit: annonae consultiissime providit. As alienum ab initio imperii contractum, facta auctione suppellectilis Commodi imperatoris, dissolvit. Operibus publicis certam sumptum constituit, stipendia debita solvit, praemia militibus posuit. Cisp.

TACTUS Imp. omne patrimonium suum publicavit. Pecuniam, quam habuit, militibus stipendii nomine numeravit. Patenam domum demolitus, in Thermanum usum vertit, quae populo pateret. Centum Numidicas columnas ex domesticis apparatus Hostienfibus dono obtulit. Sab. lib. 7. En. 7.

M. ANTONIUS Philofophus Imp. Athenis initiatus, magnos honores tribuit Atheniensibus, quorum in urbes doctores omnis doctrinae annua mercede conductos constituit, ad omnium gentium utilitatem. Romam rediens, virtum octo aures dedit; quae sicut erariove publico debebantur, remisit, omnesque syngraphas scriptas de iis rebus in foro comburi iussit. Pecuniam multis etiam civitatibus largitus est, & Smyrnas, quae ingenti terrae motu conculcata fuerat, restauravit. Recte igitur Beneficentiae templum Romae in Capitolio nuncupavit. Dion. Niceus & Xiphil.

M. ANTONIUS Pius Imp. provinciarum praefectos locupletauit, & ornamentis consularibus donavit: rhetoribus, & philofophis non solum salaria, verum etiam honores, & provincias decrevit. Mox etiam liberalitatem suam testamento plurimis legatis manifestissimam fecit. Pont. 11. & 42. de Liber.

ALPHONSUS X. rex Hisp. in nuptiis filii sui, & Blanche, divi Ludovici filiae, congiarium populo dedit, & pauperes vestimentis virum ornavit; Imperatore Constantino politanum captum ingenti pecunia redemit.

CONSTANTIUS Chlorus Imp. utilitati ac commodis provincialium, & privatorum studium. Ac sicut quondam Cyrus dixit, se thesauros sibi parare, dum amicos divites redderet: ita Constantius in ore saepe habuisse fertur, Melius esse, opes publicas a privatis haberi, quam intra unum erarium conservari. Eutropius.

CONSTANTINUS Magnus Imp. si quos privatus dilexit, opibus honestavit, non dignitate praetoria, aut consulari, ut principes priores fecerant. Cyprian.

ISAACIUS Angelus Imp. Graecorum, liberalitate in templa & monasteria superiores Imperatores omnes superavit. Rituosa suffulit, veritate deformata incrustationibus, & picturis illustravit. Domum Isaacii Comneni Sebastocratoris in pandoeum transformavit. Regias aedes Andronici Comnenae ad eam SS. Quadraginta martyrum. Nolo comitum domum Magni Drungarii similiter. Cum urbis pars septentrionalis confagrasset, eos qui vel aedium vel bonorum iacturam fecerant, distributione pecuniae sublevavit. Imperio potius quinquae auri centenarios divisit. Magna hebdomade, quae Pascha praecedit, viduas elemofinis, pauperulas virgines dote juvabat. Neque vero singulos dumtaxat homines, domus, familias, munificentia sua recreabat, sed interdum urbibus integris tributum remittebat. Niceus lib. 3.

Romanus Agryppus Imp. suscepto imperio, ut omnium favorem in se converteret, in primis tributum illud, quod Allagangium vocant (a Basilio II. Imp. institutum, quo rerum consumptuarum expensae exigebantur) sustulit, ministrisque magne Ecclesiae clericis ingentem largitionem fecit: haud ignarus, non sufficere, sed illis prius data fuerant: qui obstrati multa creditoribus debebant, eorum dubita dissolvit, pauperes Episcopos datis muneribus restituit, ac languores ac caecitates curans, spoliatis bona restituit, aliterque quoslibet afflictos consolatus est. Cyprian.

HENRICUS I. tanta fuit liberalitatis, quanta vix ullus regum aut Imperatorum. Nullum suorum Saxonum indonatum a se dimisit: nec nequam fidelium ministro abfque honesto officio reliquit. Cranzius lib. 3. Sax. cap. 11.

CAROLUS IV. Imp. ad liberalitatem sic propensus erat, ut Esapienter etiam ultro ad accipiendum provocaret eos, quos munificentia sua dignos putabat, cum interim subditos nullo tributo, nisi iure sibi debito, oneraret, & inultus receptum non in sumptus supervacaneos, & inutile, sed ad redimendas arces a parente proceribus obligatas converteret. Aurum coronarium, in ipsa coronatione acceptum, totum ad creditores, qui arces possidebant, transtulit, ut ex suis potius, quam ex alienis fructibus, & censibus viveret. Dabr. lib. 22.

VENCESLAUS III. Boemorum rex liberalitate maxime inclaruit. Dabr. lib. 16.

CHRISTERNUS I. trium Aquilonis regnum rex, humanitate, & clementia illustrissimus, ob liberalitatem saepe ad indigentiam redactus est: etsi non potuit egere diu in regnis opulentissimis. Cranzius lib. 12. Sax. cap. 31.

JOANNES Aragonie rex liberalitas, si ex animi potius magnitudine, quam ex fortunis, & opibus existimetur, non immerito inter magnificissimos principes commutabitur. Nemo unquam ab eo pecuniam petivit, cui si plures non haberet, saltem centum numos argenteos non dederit. Si pares animo facultates habuisset, omnes principes munificentia superasset. Marin. lib. 12. rerum Hisp.

JOANNES II. Lusitaniae rex, solebat dicere, sibi non tam propositum esse, ut operis hominum ad aurum quaerendum abuteretur, quam ut aurum quaereret, ut opibus suis hominum inopiam sublevaret. Ofor. lib. 1. rer. Em.

ALFONSUS Aragonius, Neapolis & Siciliae rex, oblatantibus canibus osculam obijciendam esse dicebat, hoc est, malevolos homines beneficiis, & liberalitate vincendos esse. Provocabat etiam, quos liberalitate sua dignos putasset. Honesto loco natus, & magistratus aequo honoribus functos, quos inopia rei familiaris laborare intelligebat, dum tamen neque per luxum patrimonium absumpserent, neque inopiam simularent, alios alius commodis, agris, servis, armentis, & quo quom egere intellexisset, juvabat. Quinctiam magnificas domos a se extructas, integris & incorruptis viris amicitia secum junctis donabat, ut non modo quid daret, sed quibus etiam daret, exacte ad pensitatem visus sit, ut. historionibus atque ad eo in scena se exercentibus, nihil autem aurum argenteum, quin pectato numos dederit. G. Pont. de Liber.

OTHOMANNI I. Turcarum regis F. Orcannes, paternis virtutibus immensa animi magnitudine, ac subtiliorem in acquirendis finitimis regionibus artem adjuvit. Liberalitatem erga milites pro comite perpetuo habuit, quia virtute nullam vividiorum principum aliquis habere potest, ut magnus atque ad immortalis cito efficiatur. Iovius in Orcanne.

AMURATHEM, Mahometi II. Turcarum regis patrem, liberalitas, & splendor etiam apud hostes plurimum commendavit. Pont. cap. 27. de Liber.

M. AGRIPPA sub Augusto non solum magnifico sumptu diversa urbis edificia propriis impensis restauravit, sed etiam cum in circo errare homines animadverteret, in numero circuituum, quos Graeci *Stadis* vocant, delphinos & ovata opera fieri iussit, ut exiis circuitus curriculum ostenderentur. Adhaec oleum salemque omnibus dedit civibus: balneaque gratis per annum mulieribus ac viris concessit, in quibus lavarentur. Conduxit etiam tonsores in mercatu, ut nemo quicquam impenderet de suo. Praeterea missilia de Hilo eo superiore in theatra jecit, in quibus argentum erat, atque alia permulta. Res quoque venales multas in medio positas, populo ad diripiendum dedit. Dion. Niceus in Augusto.

Vide de Probo Imp. supra.

ARBOGASTES Francus, robore corporis, & animi asperitate flammis similis, proximus a Baudone. In hoc fuit constantis, & exquisita modestia, & odium irreconciliabile avaritiae. Unde divitiis gregario militi nihil praestabat. Quapropter Caesari Theodosio utilis videbatur, ut qui ad Valentiniani mores viriles, & justos, suam quoque gravitatem adjungere, & regiam instar rectae, & immotae columnae sustentare posset, ne quid in aula damni aut peccati admitteretur. Vixit circa A. C. 425. Suid.

PHILIPPUS Maria Vicecomes, Mediolanensis dux, non solum adversus hostes, & peregrinos multa liberalitate usus dicitur, sed si quem fortem & clarum virum in Italiae urbibus aut finitimis regionibus agere intelligeret, munera mittebat, & se illo digna. Pont. 628. Superavit majores suos domesticis

A tifici splendoris munificentia, cum clarissimos hospites acciperet, in quibus fuere Martinus Columna Pontifex maximus, cui matremorem statum posuit, & Sigismundus Imperator, ingentibus donis cum universis comitatu liberaliter expletus. Jovius in Philippo.

Magnus Sfortia in exercenda liberalitate mediocritatem tenuit varia admodum fama, quum in erogando distribuendoque meditata, & provisiva largitione uteretur, quasi ducem ad gloriam, & ad magna imperia semper aspirantem, pensitata ratione uti non deceret, quum militi praesertim improvisa & festinata potior videretur. Sumptuarias rationes, censu oppidorum, & stipendiis aequabat: ne utrius dicebat, temere decoqueret. Creditores raro contemplit, nunquam elusit, quoniam opum, & divitiarum opinionem, fide potius, & incorrupta existimatione, quam praesenti pecunia constare iudicabat. Iovius in ejus vita.

Cosmus Medicus Florentinus erat privatus in rebus suis, domesticisque sumptibus, natura & consuetudine minimo contentus, utpote qui civili cultu vixerat, frugalique & munditius potius referta, quam lauta mensa uteretur. At quum clari hospites, & praesertim advenae virtute insignes occurrerent, nullis vel maximis sumptibus parcendum putabat. Iovius in Leone X. lib. 1.

DIDACUS Mendocius, Infantiaforum regulus, splendore vitae ac liberalitate magnis regibus aequatus. Iovius in Pifcar. lib. 7.

Duces bellici. Epaminondas Thebanus amicum in se tuendo caruit facultatibus, sive ad alios sublevandos sepe sic usus est, ut possit iudicari, omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam quum aut civium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus, aut virgo amici nubilus, quae propter paupertatem collocari non posset, amicum consilium habebat, & quantum quisque daret, pro facultatibus imperabat: eamque summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui querebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebatur, ut quae res penes veniebat, sciret quantum cuique deberet. Probus in Epamin.

CIMON Miltiadis F. rebus contra Perias gestis amplissimis, imperii sui compendia, quae praerant ab hostibus paraverat, praerant impendit in cives. Praedius suis septa detraxit, ut & peregrini, & cives, quotquot quaerent, liberet sumeret poma. Cena domi apud eum frugalis illa quidem, sed multis tamen sufficiens erat quotidie instructa, quod quilibet pauper admittatur, ubi alimenta habebat citra laborem suum, ut vacare solis negotiis publicis posset. Aristoteles vero auctor est, non omnibus Atheniensibus, sed cutialium ejus Lacidarum cuius paratam cenam fuisse. Comitabantur cum familiaris adolescentibus honeste amici: quorum quisque, ubi occurret Cimoni ex civibus major natu obolectus vestitus, pallium cum eo commutabat. Idem in foro adjungebant se inopibus, & numos illis silentio injiciebant in manum. Ea propter Gorgias Leontinus Cimonem refert pecuniam quae sit, ut uteretur usum, ut honorem assequeretur; & Critias unus de xxx. tyrannis, Scopadum divitias, victorias Agesilai, & Cimonis liberalitatem optare solebat. Ades certe suas pro cenatione publicae aperiendo, & ruti fructus tempestivos capiendos, ac quicumque anni tempora gignunt, bona fruenda sumenda peregrinis prebendo, quasi fabulosa illam, quae Saturni regno fuit, rerum communionem in orbem reduxit. Plut. in Cimone, & Athen. lib. 12. c. 15.

Monachi. Ex Tit. Monachorum hic non pauca, item ex tit. de Labor. Vbi de operibus manu exercendis. Per Aegyptum Monachi ad labores, & manuum suarum opera ita adiciunt, ut non tantum peregre advenientes fructus commode excipere poterint, verum etiam per loca Libyae, quae sterilitate, & annonae penuria laborabant, imo etiam iis, qui per civitates in carcerum squaloribus contulerint. Cassin. 129. de Spiritu acedia, cap. 22.

Cives quovis. THEAGENES, vir potens & dives, Athenis sua beneficentia publice, & privatum multa laude dignissima gessit. Suidas. MARAM ferunt fuisse quendam apud Beream Syriae civitatem, ut ditissimum, sic humanum, & officiosum in omnes, tum cives, tum hospites. Unde vulgo receptum, ut id

L. B. T. theat. vit. Human. Tom. IV.

vocabuli tribueretur viris, qui ad multorum utilitatem nati E viderentur. Erasmi in Adagio.

AGRIGENTINUS Gillias, propemodum ipsius liberalitatis praecordia habuit. Erat opibus excellens, sed multo etiam animo, quam divitiis locupleterior, semperque in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus ejus, quasi quaedam munificentiae officina crederetur. Illinc enim publicis usibus apta monumenta extruebantur: illinc grata populi oculis spectacula edebantur: illinc epularum magnifici apparatus, latenteque animo annonae subsidia tribuebantur; & cum haec universis, privatim alimentis inopia laborantibus, dotes virginibus, paupertate pressis subsidia, detrimentorum incursum quassatis solatia erogabantur: hospites quoque tum urbanis penatibus, tum etiam rusticis rectis benignissime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos equites Gelenes vi tempelatis in possessiones suas compulso aluit, ac festivit. Quid multa? non mortalem aliquem, sed propriae fortunae benignum esse dices finem. Ergo quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat, pro cuius salute, & incrementis tum Agrigentina civitas, tum etiam viciniae regiones votis excubabant. Val. Max. 1. 4. c. 8. & Athen. 1. 1. c. 1. qui Tulliam, & Diad. 1. 13. vocat.

Philofophi, Sophista. Herodes Atticus sophista, liberalitate sua non privatus modo, sed & civitates, & gentes inopia adobrutas sublevavit dictitans, Theaurum hunc esse praestantissimum, indigentibus opem ferre, ut desinant indigere: non indigentibus item, ne forte quandoque indigeant. Calpurn. lib. 20. c. 23. A. L.

Piltores. Plin. lib. 31. ubi opera Niciae pictoris eximii enumerat, inquit: Athenis Neca Homeri hanc vendere voluit Attalo regitantis LX. potiusque patrie suae donavit, abundans opibus. Eiusdem tabulae meminit Plutarchus in commentario, quo declarare conatur, vitam ab Epicuro institutam ne jucundam quidem esse.

Matrone. Vide infra, Liberalitas in Pauperes, S. Fabiola. Pueri.

ALEXANDER Magnus etiamnum ephebus, cum thus largiore manu diis adoleret, reprehensus fuit a praetore Leonida, hac voce, quae omnis loco fuit: Ubi Sabeos subegeris, hac liberalitate uteris. Plut. in Alex.

SEVERUS Imp. etiamnum privatus, cum in villa sua cum amicis satis parca cenaret, infantemque filium Antonium partiri aliis largitus poma de secunda mensa videret: monito eo, quod supra fortunam largiri in partiendo esset, respondit filius: Si tunc parcius esset fortuna, ut pater dicebat, habiturum aliquando amplioerem.

ERGA QUOS. Erga Deos, erga Homines: erga Peregrinos, Hospites, Cives, Domesticos: erga Pauperes, Viduas, Pupillos exerceri potest. Proinde ex Magnificencia, & Munificentia loco exempla specierum ad generalis rituli illustrationem transferri possunt. Illic Sumptus vel Munus, hic Erogatio univrsim consideratur.

Erga Sacros homines, Sacerdotes. Hieronymus Abdiam Prophetam, secundum Hebraeos, cum ait fuisse, qui sub rege Samariae Achab & impiissima Jezabel paverit centum prophetas in specibus, qui non curva revertant genu ante Baal, & de septem milibus erant, quos Helias arguitur ignotasse, sepulchrumque ejus usque hodie cum Mausoleo Elitici prophetae, & Baptistae Joannis in Sebasta venerationi habetur, quae olim Samaria dicebatur. Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetiae talem, & de dnce exercitus, factus est dux Ecclesiae. Lud. Prover. 1. 18. August. de Civit. Dei, cap. 31.

BEATRIX Henrici II. Imp. foror, Bonifacii Lucensis uxor fuit, viri inter Italos fama, & divitiis affluentibus longè principis. Quo extrinco, Beatrix potita est illius principatus. Dein per Mathildem, Beatrix filiam, ad Godofredum res devoluta est. Parebant itaq; Godofredo Luca, Parma, Regium, Lepidi, Mantua, & ea pars Herutriae, quae ad posteros patrimonii epi nomen adeptae. Mathildis, Godofredo extrinco, cui admodum puellam nupserat, Azoni Estensi cessit, viro impigro, quem brevi post Gregorii interdicto dimisit. Enimvero attingebat Azon tam arcto coanguinitatis vinculo priorem matrem, ut legitime mulierem sibi matrimonio iungere nequiverit. Haec est illa, quae Rom. Pontificum partes complexa, Hecico

111 4 IV.

A IV. Imp. auct. sese opponere, præliisq; eum eo congressu, acie superatam Italia eiecit, cum Conradus Henrici filius sub ipsum pugne tempus a patre defecisset. Mortuus jam grandis natus, qui quid intra mare, & Apenninum montem jacet, à Quirico Senensis agri ad Ceperanum, Apostolicæ Sedi testamento legavit, & cum his Ferrariam, quæ jam inde facta est Rom. Pontificum vestigalis. Vincentius Mathildem scripsit Vincentie perisse eo incendio, quo magna pars urbis degravit, qua clade duo milia hominum consumpta sunt. Alii Mantuæ diem obivisse ajunt. In Mantuano est agro sita ad Benedicti cenobium, quod vivens privata construxit impensa, rem Anselmo Lucensi Antistite procurante, qui multis postea miraculis inclaruit. *Sabb. 3. & 4. En. 9.*

Carolus IV. Imp. Canonicos regulares, & Carmelitas, & Ambrosianos, & Augustinianos, in Novam Pragam a se conditam innoxit. Legit item seorsum contubernales, qui se Sclavos cognominabant, auctorem religionis suæ dixerunt Hieronymum cientes, quem hoc nomine Carolus peculiariter venerat, quod in Illyria natus fuerit, unde Boemi originem trahunt. Sub nomine D. Caroli collegium sacerdotum constituit, & aliorum ad D. Apollinarem, ex doctioribus sacerdotibus, qui alios quoque factas literas docere possent. *Dubr. lib. 22.*

Inaudita, quæque exemplum non habet, liberalitas fuit Gildophi Præpositi, & XII. Canonicorum S. Michaelis in Antverpia, qui anno ab incarnato Verbo M. CXXIV. proprio motu, & dependentes, quod eorum precibus juvarentur, quos temporalibus sustentarent proventibus, Norberto Præmonstratensium Fundatori, ejusque fratribus cederent in eodem oppido sive vico, Ecclesiam suam cum agro adiacente, binisque villis contiguas, & insuper proventus omnes quatuor Præbendarum, quas ibidem diu ante dotaverat, & exeretat Godefridus Bulionius Marchio S. Imperii, Hierosolymorum deinde Rex. Ipsi vero relictiis domiciliis suis, & Ecclesia præfata Norberto, qui in profiganda hæresi Tanclini sedulam operam concionando navarat, & ad eam penitus extirpandam isti populo opportunus ac necessarius videbatur; ad sacellum B. Virginis factum, ubi nunc moles illa Mariana exurgit toto orbe celeberrima, commigrarunt, novumque sibi claustrum, & Ecclesiam a fundamētis excitarunt. Donationis hujus & profuse munificentie instrumentum inter archiva Capituli Antverpiensis, & Cænobii præfati servatur, ejusque copiam adierit *Card. Bar. in Appendice ad Tom. 12. Annal. suorum.*

In studiosos literarum.

Arifippus naufragio facto in litus apud Rhodum nudus eiectus, ob doctrinam invenit non modò, qui necessaria ad victum, verumetiam qui vestes ipsi atque comitibus præberent. *Fulgosus lib. 7. cap. 2.*

ARISTOTELES fertur Stagiritis octingenta talenta ab Alexandro in Historias animalium accepisse. *Athen. lib. 9. c. 20.*

CLAUDIUS Licinius historicus consularis, Julium Phrygium à Cæsare Romam advectum aluit, propter ingenium, & studium assiduum: eumque admodum pauperem sua liberalitate, quoad vixit, sustentavit. *Tranquillus apud Volat. lib. 10. Antrop.*

TRAJANUS Imp. urbibus per Italiam ad alendos pueros, ne vel hæc ætas beneficiorum suorum expers foret, multa largitus est. *Cassin.*

D CONSTANTINUS Magnus juvit pauperum scholasticorum studia: majori tamen eos amore complexus, qui in factis literis studium suum possident. *Ensch. lib. 4. de Vita Constant.*

BARDA Imp. Constantinopolitanus nihil fecit boni, nisi quod eruditionis provehende magnus studium habuit. Nam philosophia neglecta jacebat, ac propè omnino extincta erat, ut ne scintilla quidem ejus superesset: causa fuerat Imperatorum incitua. Sed hic cuique disciplinae scholas constituit, & doctores designavit, & singulas publica stipendia decrevit, & omnibus magnum, & communem doctorem præfecit Leonem philosophum. *Zonaras.*

ALEXIS Comnenus Constantinopoleos Imp. Musæum literarium extruxit, in quo publicè docerentur pauperum liberi, magistris, & pædagogis constitutis, victuque tam doctentibus, quam discipulis ordinato. *Zonaras tom. 3. Ann.*

ÆBEREDUS Anglorum rex, scholas publicas variarum artium apud Oxonium instituit, & tertiam partem suorum honorum in scholasticos contulit. *Ranulph. l. 6. c. 1. in Polychronico.*

HEDVIGIS, Uladislai Jagellonis Poloniae regis uxor, Prædium petampnam Lituania, qui honestis disciplinis opera

darent, sive emit, sive condidit: possessionesque perampnas, unde eis sumptus suppeditarentur, adiecit. Mortuus, quicquid habit reliquum in suppellectili, partim egenis dilargiendum, partim ad excitandum Cracoviam, & consummandam Academiam, quam Cazimirus magnus Cazimiræ inchoaverat, legavit. Ex illius ergo testamento, cumulatorum liberalitate regis an. 1041. duæ domus five collegia excitata, alterum Philosophis, & Theologis in platea, quæ Judæorum tunc fuit, nunc Divæ Annæ nomine nuncupatur: alterum Jureconsultis, & Medicis, quæ ex urbe ad arcem iur. Accitioque magistris, & doctores omnis generis à Prageni academia, censuque his in perpetuum attributi à rege è salinis, & telonio, & adjuncta omnia sacerdotia apud Divi Floriani, præter Præposituram, ut vocant. *Cromerus lib. 15. & 16.*

LAURENTIUS MEDICES optimarum literarum professoribus, exquisitarum artium magistris, cum carum esset intelligentissimus, adeo perhumanè ac liberaliter favit, ut ceteri principes felici eo seculo, quo vera virtus pro opibus censetur, ab uno è Laurentio Medice superati indignarentur. Tum enim de paranda gloria eximius inter se studium certant. Mathias Pannonius, regum optimus ac invictissimus, Ferdinandus Aragonius, & Ludovicus Sfortia: ita ut mirum videri poterit, Laurentium ab ea civili potius, quam principali potentia, aliquantò longius nominis atque familiaritatis claritate, munificentia ac literarum auspiciis stipendia, quibus quilibet alius æqualis famam vel militarium operum fulgore proulerit. *Joanis lib. 1. de vita Leonis X.*

Jo. NEVIVS, Augusti Saxoniæ Ducis medicus, adolescentibus studiosis tribus perpetua constituit stipendia, quibus in Academia honestè viventes, literis, linguis, artibusque erudirent. Cujusmodi beneficium suis quoque populus olim tribuerat Linacæ Britannicæ medicus, præter doctrinæ famam, beneficentia gloria insignis. Quamvis autem ea benignitas præcipuè spectaret ad suæ prolapie adolescentes, tamen primam ejus partem ad Georgii Fabricii Chemicensis fororis filium Georgium spontè detulit. *Georgius Fabricius in schola Christianis puerilis præfatione.*

In Discipulos.

ÆSOPUS, cum cuperet esse ex numero discipulorum Socratis, suamque apud præceptorum excusare pauperem, molestè ferens, quod alii Socratis amici multa subinde latègerentur, se solum nihil posse: An non intelligis, inquit Socrates, quàm magnum munus mihi dederis? nisi forte te ipsum parvi æstimas. Comiter suscepit discipulum egenum, & nihil mercedis postulavit ab eo, quem pauperem esse noverat. *Laertius.*

ISOCRATES à civè mercedem nunquam exegit. *Plut. in vita Isocrat.*

LYBERTUS Heros, sive Hieras, propter literarum studium manumissus ab herode, docuit inter ceteros Brutum, & Cassium. Temporibus Syllanis professorum liberis gratis, & sine mercede, in disciplina recepit. *Tranquillus de illust. Gram. c. 12.*

CLAUDIUS, Rabanus, Alcuinus, omnes olim Bedæ discipuli, è Scotia venientes, gratis se doctores Lutetia professi imperante Carolo Magno sunt. Indeque Parisiense gymnasium initium sumpsit. *Polyd. lib. 4. & Avent. lib. 3. & Crantz. in Metrop. lib. 1. cap. 2.*

In Medicos.

Vide Tit. Medicina cultus in evocandis, conducendisq; medicis.

In Notarios, Scribas.

Vide Tit. Sumptus in Libros transcribendis. Loco de Sumptis.

\* IN TYPOGRAPHOS.

Fuggerorum nobilis, & opulenta familia, hoc etiam nomine gloriam peperit, quod insigni sua beneficentia egregios aliquot Typographos sustentaverit, qui utriusque lingue auctores è tenebris erutos, idoneis typis conciperet, & in lucem protruderent. Quo factum, ut dum illi præclarum hoc studium nunquam cessatura laude promoverent, Republica Literaria, omnium disciplinarum nova luce perfusa fuerit, & meritum honorem apud omnes postliminio consecuti sint, qui tam suis scriptis aliquando exornarant, ac longè temporis decursum nomen existimationemque penè amiserant.

Eorum regiam Catholicæ Regis Philippus II. munificentiam sensit aliquando Christophorus Plantinus, in editione Bibliorum, qua merito, sive typorum elegantiam, & nitorem, sive accuratam methodum, five denique illum, cujus impulsu in lucem prodierunt, Regum omnium maximum attendimus, Regionum titulo clarescunt. Ut qui non modò liberalitate

A litate sua Plantinianos labores & industrias fovebat, sed insuper ex Hispanis virum undequaque doctissimum, & trium, imò & plurimum Orientalium linguarum peritissimum, Benedictum Ariam Montanum, Antuerpiam misit, qui emendationem eorumdem sedulo intendere. Quod & præstitit ea fide & diligentia, ut sibi, vel solo hoc opere, æternam laudis gloriaeque tropæum ererit.

In Milites.

M. Cato quaestor cum P. Scipione ad bellum in Africam missus, ubi vidit eum pecuniâ effundere in milites, admouit eum liberè: nec tantum sumptus demonstravit se facere, sed quod militibus ad voluptates & luxum affluentia ultra res necessarias traductis, patriam frugalitatem labefactaret. Cui cum respondisset Scipio: Non indigere se quaestore nitariam attento, qui ad bellum plenis veheretur velis: discessit Cato ex Sicilia, & cum Q. Fabio Max. infinita pecunie distributionem Scipionis, ejusque luxuriosas in palaestris & theatris commorationes, ejusque patres insectans, quasi non exercitum duceret, sed die festos agitaret: effecit, ut mitterentur ad eum Tribuni plebis, qui si ita rem habere comperissent, traherent eum Romam. Ad Scipio cum in belli apparatus offendisset victoriam, non assente illi eum vivere per otium cum amicis hilariter, ac mimè esse ob liberalitatem in se fieri & gravibus rebus locordem, profectus est ad bellum. *Plut. in Catoe.*

Joan. Galeacius Vicecomes gerendis bellis viginti millia equitum & totidem pedum perpetuò alebat, nec ullis omnino sumptibus parcebat, modò fortissimum quemque detaxatum sibi adificeret. Prostrati enim erant solites, nihil esse ea mercatura nobilior, qua viri infirmitas parentur. *Jovius in ejus vita.*

ALEXANDER Mammæ militibus cibaria ordinatim disposuit, ne egerent: agrorumque per tentoria visitavit, matronisque distribuit per civitates, reddens impendia, donec aut convalescerent, aut perirent. *Cassin.*

LUCIANUS Aucta, cum Genevensi classi præfectus advenisset Venetos in Illyrico bellum gereret, nec à Genua stipendium mitteretur, & jam classis rerum omnium inopia laboraret; quanquam ipse neque rem propriam gereret, neque piraticam exercere vellet, ut ex raptò undequaque classem aleret: Cæo quoque, quod postremum relinqui videbatur, et si justè poterat, uti noluit, ut imperfecto bello cum classe domum rediret. Igitur impensa omni pecunia, quam è suo habebat, argenteaque suppellectile inter nares divisa, ut ea se navales loci sustentarent: cum eorum unum pecuniam peteret, neque jam ultra quod daret, aliquid superesset, à baltheo ornamento argenteum, quod pendebat, abiecit, atque ei dedit. *Fulg. l. 4. c. 8.*

JACOBUS Urgellensis Comes. Vide infra, Erga pauperes. *Exempla Ethica.*

FRANCISCUS FOSCARIS, Dux Venetus, à Francisco Sfortia Mediolanensium Duce apud Caravagium memorabili prælio victus, ut penè nullus evaserit: convocato Senato, magna vi auri & argenti profusa, convertitus ad patres ipsos: Nihil est, inquit, P. C. quod ad unam pugnam, licet calamitosam, territi desperetis, ut vel Philippus ipsius hostis exemplo bene sperare de summa rerum debeatis, qui à nobis ad Macledonium missus, captis ferè ducibus omnibus, exercitum facile restituit. Agite igitur me ipsum securi, pecuniam huc conferre, quod numerosiorem veltum quisque possit: infra enim triduum decopias omnes nostras reparandas polliceor. Quod certè mox ita subsecutum est, ut victor ipse Sfortia pacem ultro petierit. *Egnat. l. 2. c. 2.*

In Satellites.

Persarum Reges trecentos sexaginta quinque juvenes punicis velatos amictibus, pro numero dierum totius anni, qui lateri altarent, promptos & expeditos habuerunt. *Alex. l. 1. c. 14.*

In Servos.

Athenod. in lib. de Studio ac discipl. Architam Tarentinum scribit, virum cum urbanum, tum etiam philosophum, multos habuisse servos, his gaudere solum, quod spectat ad victum, in symposia dimissis. *Athen. l. 12. c. 6.*

M. Scavrus Princeps Senatus Daphnidem Grammaticum M. M. dec. secleris à Cn. Pisaurini emit. Quo majus pretium dicitur ad Plinius usque tempora non fuit. *Plin. lib. 7. cap. 39.*

Turcarum procerum splendidissimos quisque nihil pretiosius in censu habet, nec sibi honestis quicquam ducit, quam plura servitia, decore militaris formæ præstantia, pompæ

modo ad decus ostentare. In hunc siquidem unum præcipuè sumptum omnes fortunas conferunt, propterea quod exquisitis epulis minime studeant, nec sumptuose ædificent, neque ullis omnino damnoisæ aleæ ludis indulgeant, quam latrunculis: per otium luisse, vicissim ad ingenii laudem, quam ad pecunie quaestum, nobilior existimant. *Sap. suppl. lib. 4. ex lov.*

In Rusticos.

Leo X. Pont. Max. erga rusticos mirum in modum munificus extitisse, supra inter alia liberalitatis ipsius encomia adducitur, §. *Pontifices.*

In Pueros.

Alimentarios pueros ex Julio Capitolino intelligimus, qui publicè aluntur. Puellas, inquit in M. Antonino Pio, alimentarias in Faustine honorem Faustianas constituit. *Cal. l. 13. cap. 24. A. L.*

In Reges.

Cæpto ab Anglis Joanne Francorum rege, Carolus Sapiens Delphinus civitates circumibat, opem rebus afflictis & patri petens. Apud singulas periecit, quod apud universas nequiverat. Occitani in Provincia Narbonensi, auctore Armeniaco Comite, non expectatis precibus Delphini, aurum matronarum, & omnia ornamenta conulere: legem etiam sumptuaria & de mundo muliebt repetivere: octo millia bellatorum armatos se tuturosque professi sunt, quoad domum rex restitueretur. Eos Campani secuti sunt. Quem secundarum rerum cursum Parisii inhibuere, factumque studia Carolo Navarro excitante. *Amil. lib. 9.*

Philippus Maria Vicecomes Mediolanensis, captam navali pugna Alfonso Aragonum regem, cum duobus fratribus, altero etiam rege, multis item regibus, non modò liberis esse voluit, verum nullum liberalitatis, comitatis, manufacturinis genus in eos prætermisit. *Pont. lib. 31. de Liberal.*

In Duces.

L. SYLLA cum victore exercitu ex Asia rediens, contra Cinnam & Marium, ex Dyrhachio transevictus exercitum Brundisium, cum vereretur, ne ubi Italiam attingisset, dilaberetur quisque per oppida: primum adjuvarunt ultro milites ad signa se mansuros, nec Italiam volentes vexaturos. Deinde, quia magna pecunia considerabant eum indigere, intulerunt obtuleruntque ei pro suis quisque facultatibus argentum. Non admisit tamen istam munificentiam, verum collaudatis illis & excitatis transmisit, ut ipse ait, contra quindecim partium adversarum duces, qui cohortes quinquaginta & quadringentas habebant. *Plut. in Sylla.*

ARTAXERXES Persarum rex, legato Atheniensium Timagora, qui per Belurim scribam epistolam miserat ad ipsum ptilis de rebus arcanis, mille Darios donavit, & lactis bovini valentudinis causa indigentibus ovis octoginta dedit ad mulgendum, quæ eum comitabantur. Adhæc lectum ei, vestem, stragulam, & fratres, quasi rudibus ad stemendum Græcis, milit: bajulos item, qui ad mare in firma valetudine affectum deportarent. Cæna quoque præfata lautissima missa. Unde frater regis Othanes: Memineris, inquit, hujus Timagora menæ; neque enim levi de causa tibi instructa apponitur. Ea improperatio proditoris potius, quam beneficii erat suggestio. Harum fortium nomine Timagoram capitis damnaverunt Athenienses. *Plut. in Artax. & Æl. lib. 1. Par. bist.*

Erga Amicos.

ALEXANDER Magnus omnino succensebat magis, si non acciperes, quam si posceres. Phociam per literas mandavit, si non admittet dona sua, renunciare ei se amicis. Serapioni uni ex grege eorum, qui secum lustrabat pilam, quia nihil petebat, nihil largiebatur. Cum autem ad ludum accessisset Serapio, adiecit pilam aliti. Cui ubi dixit rex: Quin, mihi das? Non petis, inquit. Risit rex, atque ampla largitione eum profecutus. Protea: cuidam in dicitur inter pocula non infestivo videbatur infensus. Cum deprecarentur amici pro eo, atque ille lachrymas profundere: Redite dixit se eum eo in gratiam. Tum ille: Igitur rex, inquit, pignus primum mihi aliquid dato. Atque huic quinque talenta jussit numerari. In dirandis amicis & stipatoribus suis quam fuerit prolixus, declarat Olympias epistola, quam ad eum scripsit. Bene merere, aliàs inquit, de amicis, & splendore utere. Enim verò nunc omnes regi efficis pares, multosque amicos eis parat: temetipsum verò reddis solitariam. Ea cum idem ad illi scriberet Olympias, servat in abdito epistolam, nisi semel Ephesioni, ut assueverat, solutam epistolam secum legenti non veniret: verum

A rum detracto digito annulo, sigillum ori illius admovit.

Pl. in Alex. Philotas Parmenionis F. munificus & effusus in amicos fuit adeo, ut secundum Alexandrum alius nemo. Ac fertur, cum necessarius quidam illius, argentum ab ipso posceret, iussisse dari. Negante procuratore, esse: Quid, ais, inquit, ne pœulum quidem aut vestem habes? Plur. in Alex.

M. ANTONIUS III. vir amico culpam decies u. s. iusserat dari. Obsupescere dispensatore, & quo summa magnitudinem ei ostenderet, argentum in medio proponente, transiens: Quid hoc est? rogavit. Ubi respondit dispensator, id quod donari iusserat, livorem ejus conjiciens Antonius: Ego verò majorem summam, inquit, esse decies putavi. Hoc exiguum est. Itaque alterum ei tantum adjice. Plur. in Antonio. Hoc Neroni Imp. erga prætorianum militem, Agrippina succesente, tribuit Xiphilinus.

Cosmus Florentinus, per alios sæpenumerò munera misit amicis suis, ut à quo mitterentur, ignoraretur. Quo docuit, servandum in quibusdam & erga quosdam tritum illud Christianorum proverbium, Ignorare sinistram debere, quod ipsa B dedit dextra. Pom. de Liberal. c. 27.

Erga Peregrinos. Et hæc Hospitalitatis species est. Vide Hospitalitatem.

Difficile est enarrare, quanta Herodes Judæorum rex contulerit in urbes tam Syria, quam Græciæ, & ubi quomodo illum peregrinari contigit. Plurimas enim adjuvit, aut extructis publicis operibus, aut sibi incepta pendebant propter inopiam, pecuniis in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt, quòd Rhodius Pythium templum suo sumptu exedificavit, & ad compingendas naves multa argenti talenta præbuit. Nicopolitani urbem ad Actium à Cæsare conditam habitantibus, majorem partem publicorum operum suis perfecit impendiis. Antiochenis urbem maximam habitantibus, secante mediam ejus longitudinem platea, hanc ipsam utroque latere ornavit porticibus, & viam ejus subdalem lapide polito stravit, non tam ad ornamentum urbis, quam ad incolarum commodam. Olympica quinetiam certamina annuis redditibus auctiora & illustriora reddidit. Joseph. l. 10. cap. 9. Antia. & lib. 1. cap. 10. belli Iudaici.

Piastio Crulicenis agricola: erga peregrinos duos hospitalitas, regnum conciliavit Poloniæ. Crom. lib. 2.

Erga Pauperes. Quatenus Pauperibus beneficent, hujus sunt loci. Religiosa exempla.

Præcepit Dominus Itaculis, ne erga consanguineos suos pauperes animo duriores, aut manu contractiores sint; sed tantum eis mutarentur, quantum satis esset ad penuriam: & ne vel septimo anno (quo remissionis debitorum erat) appropinquante, pauperi dare renuerent. Deut. 15.

Tobias Nephthalensis, Ninivem captivus abductus, popularibus suis, pupillis atque viduis beneficè faciebat, eorumque tenuitatem, quoad poterat, suis sublevabat opibus. Tobie 1.

Sylvester I. Pontifex, viduarum & orphanorum, reliquorumque Christi pauperum nomina, in codicillo seriatis descripta lectabat, ne quem die ullo præteriret, ejus miseriam aqua ope non juvaret, servans illam religiositatis vitæque mundiciem, de qua Jacobus Apostolus ait: Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Marul. l. 1. c. 2.

Hoc idem ante cum & Clementem I. Pontificem factitate tradunt, sed ita ut etiam ad longinquas regiones transmitteret indigentibus subterfida. Neminem ex iis, quos ad veritatem ab errore converterat, passus est mendicare: ut qui, se auctore, jam Christo viverent, & quoque adjuvatore famem non timerent. Ibid.

Symmachus L. amator pauperum fuit, & Episcopus ac cæteris Clericis cæx. in Africa & Sardinia, propter Catholicam fidem exulantis, pecunias & vestes subministravit. Redemit & captivos in diversis Provinciis multa pecunia. Plur. ex Niceph. l. 16. c. 35.

Paulus I. Pontifex, noctu cum duobus aut tribus familiaribus cubacula pauperum agrotantium circumibat, unum quenuq; eorum & v. ris & elemosynis ad recuperandam valetudinem cohortatus. Carcerem frequenter adibat, indeque plebsque ære alieno nexos, persoluto creditoribus pretio, liberabat. Pupillos & viduas circumventus fraude caudiciorum tuebatur, & elemosynis sustentabat. Platina.

LEONI III. Pontifici ægrotos visere, eosque ad patientiam adhortari, elemosynas indigentibus præbere, desperatos consolari, errantes in viam rectam deducere prædicationibus, admonitionibus, quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam valebat, peculiare fuit. Platina.

In erogandis præterea elemosynis ita largus erat S. Odilo Abbas Cluniacensis, ut nonnulli, dum cum omnia dispergentem sine cunctatione conspicerent, non dispensatorem, sed prodigium quædãntem præteritum quodam tempore, dum fames valida Aquitaniam fines vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum provincias pestilenter ardeat, exhaustis jam in pauperum usus ærariis, & horreis quorumcumque proventuum non mediocriter profligatis: mox etiam plurima sacra vasa confregit, insignia Ecclesiæ ornamenta distraxit: cotona quoque, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinaverat, non perperit. Ut igitur tam acerba famis, in quibus valuit, temperaret inopiam, quidquid hinc inde corraderet potuit facultatum, in sustentationes & alimenta tradidit eorum. Quadam sanè die, dum per publicum incedit, duos in itinere piosos fame peremptos reperit. F

Mox equo desiliens, lanæam, qua indutus erat ad catenam, subduxit sibi interulam, eaque prout erat velaminis quantitas, utrumque cadaver obvolvens, exhibet mortuis sepulcrum. Nam & vestillones mercede conduxit, & funeres usque ad tumulum prosequutus exequiis, & defunctis fratris debitorum humanæ pietatis exsolvit. Petr. Damian. in ejus vita, apud Baron. ann. 1064.

LUCINIUS Hispanus è Bœtica omnem substantiam suam disperdit & dedit pauperibus, ut justitia ejus maneret in æternum. Nec patriæ suæ largitate contentus, misit Jerusalemitanæ & Alexandrinæ Ecclesiæ tantum auti, & quanto multorum posset inopiz subveniri. Hieronymus in Epitaphio ejus.

De Paula Romana sanctissima vidua hæc scribit D. Hieron. Quid memorem amplè & nobilis domus, & quondam opulentissimæ omnes penè divitias in pauperes erogatis? Quid in cunctis clemētissimum animum, & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderat, evagantem? Quis inopum moriens, non illius vestimentis obvolutus est? Quis clinicorum, non ejus facultatibus sustentatus est? quos curiosissimè tota urbe perquirens, damnum putabat, si quospiam debilis & cæcians cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter oburgantes propinquos, majorè se eis hereditatem, Christi misericordiam dimittere loquebatur. Usuram tribuens, verulà quoque; sæpius faciebat, ut nulli stipem rogantium denegaret. Cum in largiendo esset profusior, arguebat illam D. Hieronymus, illud profertens de Apostolo: non ut alius refrigeriū, nobis autè tribulatio, sed ex æqualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorum abundantia sit ad vestram inopiam. Et hoc de Evangelio: Qui habet duas tunicas, det altera non habenti. Et providendum esse, ne quod libenter faceret, semper facere non posset: multa; hujuscemodi, que illa mira verecundia, & sermone pacatissimo dissolvebat: testem invocans Deum, se pro illius nomine cuncta facere, & hoc habere voti, ut mendicans ipsa moreretur, ut unum numum filie non dimitteret, & in funere suo aliena findone involveretur. Ad extremum inferebat: Ego si perierim, multos invenia qui mihi tribuant: iste mendicans, si à me non acciperit, que ei possum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo ejus anima requiretur: Hieronymus eam cautiorè in re familiaritari esse cupiebat: sed illa ardētior fide, toto Salvatore animo jungebatur, & pauperem dominum pauper spiritum sequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipso effecta. Denique confecta est quod optabat, & in grandi ere alieno filiam Eustochium dereliquit. Solent præterea matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa manum à cæteris retrahere; quo illa omninò carebat vitio. Ita enim singulis suam pecuniã dividebat, ut singulis necessarium erant, non ad luxuriã, sed ad necessitatē. Nemo ab ea pauperi vacuus reversus est, quod obtinebat, nõ divitiarum magnitudinem, sed prudentiam dispensandis, illud semper replicans: Beati misericordies, quonia ipsi misericordiam consequentur. Et, Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Et, Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et, Date elemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis. Et, verba Danielis, regē Nabuchodonosor monetis ut elemosynis redimeret peccata sua. Notebat in his lapidibus pecuniã effundere, qui cū terra & seculo transiit: sed in vivis lapidibus, qui voluntur super terram, & quibus in

A in Apocalypsi Joannis civitas magni regis extruitur: quos in saphyrum, & in aragum, & jaspidem, & cæteras gemmas esse vertendos, Scriptura commemorat. Hieron. in Epitaphio ejus.

FABIOLA Romana omnem censum quem habere poterat (erat autem amplissimus, & respondens generi ejus) dilapidavit, ac vendidit: & inde pecuniam congregate usibus pauperum preparavit, & prima omnium congregate usibus in quo ægrotantes colligebat de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foveret. Quoties morbo regio & pœdore confectus humeris suis ipsa portavit quoties lavit purulentam vulnere saniem, quam alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadaver forbitunculis irrigabat. Non mihi si centum lingue sint, ora que centum, ferrea vox, omnia morborum percurrere nomina possum, qua Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutavit, ut multi pauperum sani languentibus inviderent. Quod monasterium ejus opibus non est sustentatum: quem nudum & clinicum non Fabiola vestimenta texerunt: in quorum ve indigentiam non effudit præcepit & festina largio? Angusta misericordie ejus Roma viri. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum mare, Volsorum quoque provinciam, & reconditis curvum litorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore, vel transmissa per viros sanctos & fideles munificencia circumibat. Romam è Palestina reversa, quodam prælagio futurorum, ad multos (scripsit monachos, ut venirent, & se gravi onere laborantem absolventer, faceretque sibi de iniquo mammona amicos, qui eam reciperent in æterna habitacula. Venerunt, amici facti sunt: dormivit illa, quomodo voluit, & deposita tandem sarcina, levior volavit ad cælum. Hieron. in Epitaphio ejus.

EUPHRASIA Romana, genere nobilis, opibus pollens, ætate florens, forma præstant, post mortem viri Antigoni neque rursum cuiquam nubere voluit, licet multum suaderet Theodosius Augustus: neque Romæ manere: neque divitias possidere, tamen honestissime posset. Prociis repulsis mate transiit, ad Thebaidem venit: & eo loci confidens, quicquid secum attulerat facultatum, partim erogavit egenis, partim Ecclesiis; neque aut sibi, aut filie parvula

C Euphrasia quicquam residui fecit. Quinimo mortens eidem in monasterio manenti sollicitè inunxit, ne tardaret, quod reliquum Romæ fuerat, famili liberalitate distribuere. Marul. l. 1. c. 7.

LUCIA virgo, cum matrem Eutychiam ad erogandas pauperibus facultates hortaretur, illaque diceret, uti vitæ suæ expectaret, ipsa postea quod vellet de opibus suis factura: Non est, inquit, admodum gratum, o mater, Deo munus, quod qui offert, idèd offert, quia illius usum suprema sibi interdicit dies. Da, dum sana es: ne si moriens dederis, invita dedisse arguaris rem utique, quam velis nolis relinquere cogaris. Victa rationibus Eutychia, laudavit filie sententiam. Lucia vero jam bonis omnibus ad votum erogatis, cum diis sacrificate compelleretur, ait, Sacrificium Deo acceptissimum esse visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Marul. l. 1. c. 2.

Epiphanius Cypriotum metropolis Salamina Episcopus facultates suas pauperibus distribuit. Quare infra, in Titulo, Liberalitatis fructus, §. Incrementum bonorum centuplum.

D Pontifex maximus Urbanus, cum Cæcilie martyris thesauri, quos dispensandis acceperat, quaererentur, quoniam eos jam indigentibus impenderat, dixit: Cæcilie thesaurus pauperum manus in cælum sustulerunt. Marul. lib. 1. cap. 2.

LAURENTIUS Levita à Decio tyranno questione agitur, ut argentum indicaret, quod Philippum Philippi Augusti filium olim Ecclesiæ obtulisset constabat: protenta in pauperes manu, quibus jam dudum erogatum erat: Apud hos, inquit, Philippi argentum depositum servatur. At Decius sibi proculdubio illud putavit, quia ubi vetæ divitiæ essent & vera gloria, ignoravit. Ibid.

CYPRIANUS Afer primò theoricam docuit: deinde suadente Presbytero Cæcilio, ut Hieronymus ait, à quo & cognomen sortitus est, ad Christianos transiens, omnes facultates suas pauperibus erogavit. Presbyter primò, deinde Carthagenensis Episcopus eratus, sub Gallo & Volsiano martyrii pena afficitur. Platina in Lucio.

Sub Justiniano Imperat. Synesius Episcopus Alexandrinus Evagrium philosophum ad fidem convertit, & auctor

ei fuit, ut ecc. auri libras inter pauperes divideret, data E syngrapha, cum centuplum à Deo recuperaturum. Cedre-mus.

STEPHANUS Papa fuit pupillorum & viduarum defensor. Joannes de Oppido.

JOANNES Eleemosynarius, Alexandrinus Episcopus, in pauperes liberalis fuit, & xenodochia, & nosocomia, & prochorophia extruxit, eisque frumentum distribuit. Pauperibus feminis, quibus non erant habitacula ad pariendum, septem domos preparavit. Simeon Metaph. in vita ejus.

SERAPION monachus, cum nihil præter tunicam, & pallium, & Evangeliorum codicem haberet, duobus pauperibus obviam factus, alteri pallium, alteri tunicam dedit: & cum nudus sederet, interrogatus, quis eum despoliasset? protento codice illo, quem manu tenebat: Hic, inquit, iterum alios mendicantes conspiciat, etiam codicem vendidit, & venditi pretium illis distribuit, dicens, à Domino præceptum esse: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Necdum hec istud implevit putavit, donec imitatum quibusdam gentilibus vendidit, ita tamen ut ipsos F

mino lucraretur. Cumque eos ad Christum converteret, pecunia quam acceperat, se redemit. Rursus idem Lacedæmone fecisse dicitur eodem successu, converso divite quodam ac principe viro. Post talia charitatis officia in Abbatem electus apud Arsinonem, decem milium monachorum pater factus est: & qui omnes præibat pietate, omnibus præse dignus fuit. Marul. lib. 1. cap. 2. & Fulg. lib. 4. cap. 8. & Egna. eodem.

GERMANUS Antifiodorensis, Burgundia præfectus, ingeniuque artibus eruditus, pari cum uxore castitatis religionique suscepto voto, magistratum ultro deposuit, & tantas opes, quantas ea præditus dignitate habere poterat, pauperibus erogavit. Marul. l. 1. c. 2.

GALLICANUS, Romani dux exercitus, postquam ab Scythia, Dacisque & Thracibus pugna separatis, Constantiam Constantini Augusti forem, sibi pactam victor accepisset: ab ea conversus, Christianusque factus, continuo dignitatis abiecit insignia, detraxit militiam, & quicquid plurimorum annorum stipendiis victoriarum paraverat, rependè sustentaculum fecit debilius. Denique sponfam virginem, G forma insignem, & quod majus est, Imperatoris filiam, relinquens intactam, humilis, pauper, castus, voto se obligavit religionis. Marul. lib. 1. c. 2. & Sab. l. 2. c. 1.

LEONARDUS natione Gallus, inter aulicos regis primo loco habitus, relicta regia, dilargitque facultatibus, religioni se tradidit: monasticique sacris initiatus, in Aquitaniam est profectus, atque opem prædicationibus dedit. Marul. l. 1. c. 1.

LUPUS, Senonum Archiepiscopus, regia stirpe in Gallia ortus, opes amplissimas in pauperes largiret effudit. Ibid.

NICOLAUS, Myræ urbis Episcopus, cum Patate Lyciæ oppido patri matrique unicus esset, eique hæreditas satis ampla obvenisset: nihil prius animo agitalle dicitur, quam quo pacto distractis in pauperum alimenta rebus, expeditus libertique soli Deo serviret.

PLACILLA, Theodosii Romanorum Imp. uxor pietissima, cum reprehenderetur à suis, quòd ægrotos visitaret, atque pauperibus etiam liberaliter facultates suas elargiretur: respondit, Imperatrici largitionem, sibi manuum opus H pro imperii adepti gratiarum actione convenire. Niceph. Callist. l. 12. c. 42.

TIBERIUS III. Imper. quum ab initio palatium gubernaret, & diligentissimè provincias curaret: quoniam justus, sapiens, strenuus, & utilis Reipub. erat, omnium commercium favorem liberalitate & munificencia sua. Nam quicquid longa avaritia Justinus II. contraxerat, Tiberius egentibus largitus, largissimas pauperibus erogavit elemosynas. Eam ob rem à Sophia Justini uxore aliquando oburgatus: Confido (ait) in Domino, nec deerit pecunia fisco nostro, modò pauperes elemosynas accipiant, & captivi redimantur: hi enim sunt thesauri illi nullis obnoxii periculis, quos ipse Dominus colligere jubet, Mart. 6. Aurum cum lachrymis & querelis subditorum collectum, regique oblatum, adulterum & venenosum esse dicebat. Evagrius lib. 5. cap. 13. Paul. Diacon. lib. 17. rerum Rom.

ELIUS, Noviomensis Episcopus, quum ante aurifer esset, quicquid ea arte consequeretur lucri, dabat pauperibus. Ravennus.

A DOMINICUS Hispanus, dum Valentia bonis artibus perdiscendis operam daret, civitas annonae caritate laborare cepit. Ille multorum famem miseratus, cum pecuniam non haberet, qua indigentibus pro tempore subveniret, libros vendidit: nec dubitavit, litterarum studium, studium praeponere pietatis. *Martius l. 1. c. 2.*

Anno Sal. 660. fames maxima Galliam invasit: cui ut succurreretur, Clodoveus II. aurum & argentum, quo eadem D. Dionysii Dagobertus pater impense magnificeque ornauerat, egentibus distribuit. Theaurum etiam in caplis & arcibus, brachiisque D. Dionysii fregit & asportavit. Id si pauperum gratia fecit, religiose fecit: quamvis illum vita defunctum mentis impotem finxerint, eo spectantes, ne posterius Principes hoc sibi exemplum ad imitandum proponerent. *Chronicarum Francorum.*

SERVULUS (ut Gregorius in Dialogo refert) paralyti resolutus, cum se movere non posset, jacebat in cartuca sub porticu S. Clementis Romae, a praetereuntibus victum mendicans. Quidquid in diem sibi restitit erat, caeteris offerebat, nihil sollicitus in crastinum. *Martius l. 1. c. 2.*

B GREGORIUS III. Pontifex, tantae largitatis fuit in omnes, praecipue pauperes, quasi omnes ipse genuisset. *Crantzius lib. 2. Metrop.*

CALISTUS III. eleemosynas pauperibus Christi & servis Dei frequenter dabat, tum publicè, tum privatim. Virgines pauperes collata dote maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos, sua impensa in vita retinebat. *Platina.*

EUGENIUS II. Pontifex ad munificentiam & liberalitatem versus, adeo rem frumentariam curavit, ut nulli vilis quam Romae annonae venderetur. Praeterea verò pauperum, pupillorum, viduorum causas & vitam ita tutatus est, ut ab omnibus merito pauperum pater diceretur. *Platina.*

GUALTERIUS Burgensis minister Turoniae, quem ob sanctitatem prodigis claruisse dicunt, magnum es alienum, benignè pauperibus faciendo, contraxit. *Volaterran. lib. 12. Anth.*

CONSTANTINUS MAGNUS, sciens Esajae illud, fore ut Reges essent Ecclesiae nutritii, liberalissima munificentia pauperes, seu adultos, seu liberos, qui a parentibus ali non possent, ex Cæsico juxta: idque ut ubique fieret, ad provinciales legem misit, in ore illud frequenter habens: Opulentos subire publicas necessitates oportet, pauperes verò Ecclesiarum divitiis sustentari. Hic agros, illic frumentorum largitiones ad subsidium pauperum, vitorum, puerorumque orphanorum, ac mulierum miserabilium largitus est. Denique & multa cum sollicitudine nudis vestimenta curavit. *Euseb. lib. 4. vitae Const.*

ALEXIUS Comnenus, filius Isaacii Imperatoris, in orphanis & senes benignus, quibus etiam Orphanotrophium extruxit, & Misericordiam: in altero pueros puellaeque parentibus orbosales, in altero erudiendos curavit, sumptusque his ex regio vespicali dedit.

Magna hebdomade Isaacius Angelus Imperator viduas eleemosynis, pauperulas virginis dote & sumptu nuptiarum juvabat. *Nicetas lib. 3. de Imp.*

ANDRONICUS Comnenus, tyrannus licet, subditos tamen pauperes largitionibus fovebat, modo ipse esset, hos sibi ob scelera non inferens esse. *Nicetas lib. 2.*

CROTHELIDIS, regina Francorum, eleemosynas ita distribuit, ut potius propria Dei ancilla, quam regina videretur. *Greg. Turon. lib. 3. Hist. cap. 17.*

ADELBERTUS, Episcopus Marchio, qui Berengarii gener erat, atque ex filia ejus Gisla Berengarium genuerat eum, qui post & ipse regnum Italiae tenuit. Nam tanta sanctitate ab inente puertitia fuit, ut si a venatione forte recedens in pauperem incidisset, neque praesentem pecuniam, quam ei daret, habuisset, cotinu, quod preciosum collo gestabat, elargiretur, & post ab eo, quanti aestimaret, redimeret. At mox regnandi libidine accensus, ut Lambertum regem, sic post etiam locorum de regno deturbare studuit. *Sigonius lib. 6. regni Ital.*

CAROLUS Magnus in Constitutionibus imperat, ut pauperes in plateis aut quadrius jacentes Ecclesiae alant. Ac in alio loco inquit: De mendicis, qui per plateas discurrent, vovimus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia enutriet, & non permittat alibi mendicare: & ubi tales inventi fuerint, nisi manibus laborent, nullus ei quicquam tribuere praesumat. In Syria, Aegypto, Aethiopia, Jerusalem, Alexandria, & Carthagine, Christianos a Saracenis oppressos, & rerum inopia

conflictatos, eleemosynis juvit. *Crantzius in Saxon. lib. 2. c. 8. E. S. p. 790.* A quodam admonitus, ne culibet petenti, praesertim indignis, beneficeret, respondit: Qua charitate nos tulit haecenus parer celestis? ad cuius legem nos collati, sumus ipsa impuritas & injustitia, latrones & fures. *Martius lib. 8.*

LUDOVICUS Pius, Germaniae rex, in pauperes pietatem, benignitatem, liberalitatem exercuit. Dum Ratisbonae, Francofurtiaeque factas ades muros herentes, mœnibus solo equatis, amplari jubet, auri thesuros repertos egenis largitus est. Christianis in Asia & Africa opem ejus exposcentibus, denarios singulis regis praedictis exactos, ad inopiam sublevandam misit. *Avent. lib. 4. Annal. Bojor.*

OTTO magnus Imper. devictis Hungaris, praedam divino cultui & pauperum dedicavit usibus. *Crantzius lib. 3. Metrop. cap. 8.*

OTTO II. animam agens, in quatuor aequas partes regium divisit thesaurum: quarum primam Ecclesiarum, secundam pauperum, tertiam filiorum, quartam vero ducum, qui relicta patria malorum participes fuerant, esse voluit. *Chron. Saxon.*

FRIDERICUS I. Imperator eleemosynas pauperibus plerumque ipse sua manu distribuit, pecuniarum suarum decimas Ecclesis & monasteriis fideliter elargitus. *Radevicius lib. 4. cap. 80.*

HENRICUS IV. Imperat. in suis nuptiis, quas celebravit cum Agnete, filia ducis Aquitaniae, repulsi scurras, histiones, mimos, & ejus facis homines: horum autem loco cibavit pauperes, mendicos, debiles. *Crantzius.*

ELIZABETHA, nondum marito Ludovico Lantgravio Thuringiae viduata, ob assiduum in pauperes benignitatem, mater eorum cognominabatur. Sanis vitae subsidia mitrabat, afflicto solabatur, aegrotos visitabat, mortuis funus sua procurabat impensa. Quos in plebe magis inopia oppressos animadvertente, ex his comparatereque committens sibi comparabat, ut eis liberius subveniret causas haberet. Si quando pecunia non suppetere, vestimenta vendebat. Cernens pauperulum quandam nudum efferti, detracto sibi capitis velamine, involvit justit cadaver. Quo tempore fame laboratum est, vim magnam frumenti divisit: & id quidem absente viro, atque in consilio: vel quia approbaturum speraret, vel quia, quod amicus erat, aliis quoque commune esse debere, facile perficitur necessest multorum. Denique cum esset regis Pannonum filia, nere, texere, fuisse suis ipsa manibus non est indignata, ut de laboris sui peculio eleemosynas dare posset. Et de illa ergo non incongrue dici potest: Manum suam misit ad fortia, digiti ejus apprehenderunt fufum: Manum suam aperuit inopi, & palma suas extendit ad pauperem. Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Tandem marito Hierosolymis peregre defuncto, ab iis qui ejus Tetrarchiam jure haereditario acceperant, ejecta, cum vix tandem dotalla ab illis extorsisset bona (erant autem duo millia pondo argenti infecti factique: Bonifinius quinque haber) pauperum & peregrinorum iatis amplum Mapurgi construxit receptaculum, ibique illis humiliter ministravit. Cum a patre, ut in Pannoniam rediret, missis nunciis sollicitaretur, non acquievit, malens alienigenarum opprimi injuriis, quam suorum blandimentis deliniri. *Martius l. 1. c. 2. Bonif. lib. 7. Dec. 2.* qui illam fila traxit, & pecuniam inde collectam pauperibus distribuit, nullumque adeo genus vel fordissimae operae, quae illis prodesse possent, detractasse scribit.

D. THOMAS Cantuariensis Archiepiscopus pauperes quotidie xiii. ad manus summo mane habebat, quibus primum pedes deosculabatur, postea etiam lavabat & detergebat, quatenus distribuens in singulos argenteos. Maximam diem singulis, praeter illos, mendicantium turbam aluit, ita ut magno ad ipsum numero confluerent. *Historia passiomis epus.*

HENRICI VII. Lucelburgensis Imperatoris uxor Margarita, ducis Brabantiae filia, rei divinae apprime studiosa, faceret liberalitate & munificentia fovebat, egenos & mendicos datis alimentis sustentabat. Cum Mediolani esset, die caena Domini, pauperibus pedes sua manu lavit, vestimentaque liberaliter distribuit, multorum instantium oculos in se et sed & lacrymas resolvens. Virum Romanum sequuta est. Sed Genutum veniens mortua, in aede Fratrum Minorum sepulta est. *Cuspin.*

HENRICUS de Aslo Archiepiscopus Magdeburgensis, in lecto decumbens lavit quibusdam pauperibus pedes, liberaliter distribuens illis eleemosynas. *Crantzius in Metrop. lib. 5. cap. 27. & 32.*

A RODINUS dux Francus, erga pauperes beneficus, dum mortuum sepeliri curat, aperto monumento thesaurum reperit. Eum pauperibus largitus, talentum sibi creditum cum fenore per manus reddidit: egenorum. *Aimoinus lib. 3. cap. 40.*

OTHONIS Bambergensis Episcopi tempore in Orientali Francia tanta panis penuria fuisse dicitur, ut magna multitudo pauperum inedia perierit, & mortuorum cadavera in viis jacuerint: illa Episcopus ipse sepelivit, vel sepeliri curavit. Reliquos passim visitavit & pavit, non solum diurno, sed etiam nocturno tempore. *Auctor vitae lib. 1. cap. 35.*

EMMA, soror Menuverci, Paderbornensis Episcopi sanctissimi, vidua per annos quadraginta ingentem thesaurum, a Ludero Comite marito relictam, fere totum pauperibus & Ecclesis distribuit. In Bremensi Ecclesia condita. *Crantzius lib. 4. Metrop. cap. 26.*

ADALGOTHUS, undecimus Archiepiscopus Magdeburgensis, instituit sub Henrico IV. ut quotannis per Quadragesimam singulos dies centum pauperibus singuli panes cum singulis haleribus tribuantur. *Crantzius lib. 5. Metrop. cap. 32.*

Leopoldus, Austriae dux, instituit, ut quotannis in ejus memoriam, quinque pauperum Neoburgense caenobium pie ingrediuntur, pane, carne, vino alantur, atque obolo donentur, teste Cuspin. in Austria.

NICOLAUS, Episcopus Lubecensis, ann. 1439. instituit eleemosynam, de peculio suo ante Episcopatum conquisito, in porticu Ecclesiae Lubecensis erogando singulis diebus tredecim personis, talentum buyri electi, & trium denariorum panes: assignavit perpetuos redditus ducentarum quinquaginta marcarum, quater mille marcarum in sorte principali. *Crantzius lib. 12. Metrop. c. 37.*

RICARDUS, Anglorum rex, testamento cavuit, ut pecunia & caetera privata suppellectilia in tres dividerentur partes: quarum unam Otto Imperator ex sorore nepos, alteram sui domesticis, tertiam pauperes haberent. *Polya. lib. 14.*

ALEXANDER rex Anglorum, cunctos suos redditus in aequas duas partes dividebat, rusticisque primam in tres: quarum primam ministris suis curialibus: secundam operatoribus, C quos juxta in novarum aedum extructionibus, mirabili & ignoto Anglis modo habebat: tertiam advenis. Secunda pars reddituum ita dividebatur, ut prima portio pauperibus regionis suae, secundam monasteriis, tertia scholasticis, quarta transmarinis Ecclesiis daretur. *W. Helms. Malmeburienfis, l. 2. c. 16. de regis Anglorum.*

PETRUS Urceolus, Venetorum dux, omne patrimonium suum tripartito divisit: partem unam filijs distribuit, alteram in pauperum alimentum, sacrorumque aedum restitutionem impendit: quod reliquum fuit, in speculatum publicoque congiario est ab eo adhuc in humanis aedem consumptum. Moritur inde, quomodo vixisset annis republicam administrasset. *Sabell. l. 2. Enna ad 9.*

SEBASTIANI CIANI Venetorum principis legato, piam numerorum dispensationem primo institutam servavit, qua hoc quoque tempore divi Marci procuratores orphanos ac pauperum quemque aere publico sublevant. Sed diversam omnino dandi rationem veterem illam ab hac recentiore fuisse, putat Sabellius, & quod honestiorem, eò sane magis probabilem. Per se, ut ajunt, viri illi scrupabantur, qua cujusque D opus re esset: inde demissis in papaycaes quibusque pecuniis, singularum nomina habentes (eorum fane quibus die illo constitutum volebant), primis tenebris conventis, domesticam pauperibus, quam occultissimo pietatis fangebantur nuntiare. Nec tum vidisses (qui non opus erat) in illorum vestibus pauperum multitudine, ut hodie nec apud quemquam valebat amicum aut propinquum cuiusquam in recessu: sola inopia, modo cognita esset, iatis etat ad opem consequendam.

ALEXANDER V. adeo munificus fuit in pauperes, & viros sua benignitate dignos, ut brevi sibi reliquerit. Unde per jocum dicere interdum solebat, se divitem Episcopum fuisse, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. In eo enim defuit illa habendi cupiditas, quae una cum re, & atate accrescit simul. *Platina.*

NICOLAUS V. eleemosynas multas in pauperes erogavit, maxime vero in nobiles, ad inopiam ob varios rerum humanarum casus redactos. Virgines inopes sua pecunia & munificentia mariti elocavit. *Platina.*

PETRUS BAROCIUS, Patavinorum Episcopus, vir politioti-

bus literis, & sacrarum ac multarum disciplinarum doctrina E insignis, moribus vitaeque sanctiore, sublevandis egestate pressis civibus, sacerdotii sui fructus omnes largiebatur, ut unus illius liberalitate non parva oppidanorum pars vixerit. Eo mortuo, neque numa, neque suppellex preciosa ulli inventa, praeter bibliothecam. Eas ob res sepulchrum ei marmoreum in templo Patavino faciendum publica pecunia, Patres conscripti censuerunt, anno 1506. *Bembus lib. 7. Hist. Venetae.*

AMADEUS, Sabaudiae dux, a legatis principum rogatus, Haberetne venaticos canes? Imò verò optimos & facillimos, respondit: & in aula amplissima magnam turbam pauperum, quos alebat quotidie, illis ostendit. Canes religiose venationis videtis, inquit, quorum odoris precibus in saltus ulque caelestes venando in dies excurro. *Azid. Corrozetus de Dilectis & factis mem.*

Venetis, cujus urbis opes terra marique insigniter polent, inter praecleara civitatis instituta & hoc est, quòd virginis furto conceptas, & ad limen Pietatis expositas, ex publico ad nobiles usque annos, in aperto sub tetrica disciplina instituat. Quae sunt elargiore forma, quoniam fuit ingenium E instituta, vel sine dote matrimonio locatur; iis praesertim, qui periculo aliquo, aut gravi morbo servati, vororum damnati, eas sibi uxores deposcunt. Alii pudicitiam secuti, aut formam, sine dote ipsas sibi virgines jungunt, modo si sint, qui liberaliter, quas duxerint, habituri existimentur. Aut si nihil horum sit, minus gravi dote nubunt, quae forma praestant, quam si facie fuerint parum liberali, est, pari disciplina instituta. *Sabell. l. 6. Enna ad 2.*

Mediolani in Xenodochio quina vicinaeque, plus minusve florentium ex anno reddito millia, in afflicto & inopes dispensantur, bonorum civium munificentia. *Armannus hist. Mediol. sect. 1.*

Neapolitani, hospitalitatis jura sanctissime servant, in Maritima domo omnes pauperes hospitio excipiunt, educant, omnia necessaria praebentes, ad victum & vestitum, ita ut eodem loci una vice exposititias puellas nonnongentas educari multi boni viri viderint. Quod quantum abundè mirandum, illud tamen multò admirabilius, quòd G easdem pudicè liberaliterque institutas, qui domi praesunt, honestis viris bona cum dote elocant. *Rom. de Liberal. cap. 19.*

Misericordiae loca plurima, ad eleemosynas clam & aperte pauperibus erogandas, in urbe & extra, instituit Bergomenis civis circa annum Domini 1136. quae in hunc usque diem adeo excreverunt, ut in orbe Christiano locus aliquis huic similis vix invenitur. *Bergom. lib. 12.*

SIXTUS V. Pont. cenena ducentorum millia in aeternum quoddam intrulit, in usum pauperum, qui matrimonio jungendi dorem non haberent. Ducenta quoque coronatorum millia numeravit, quibus frumenta, aliaque ad victum necessaria comparari undique, & in urbem importari justit, ad annonae difficultatem prohibendam. Quin etiam Archiconfraternitati del Confalone tria millia coronatorum annua donavit, quibus captivos redimi, & alius miserorum hominum necessitatibus subveniri voluit. Cum jam antea ad Tiberim insigne Xenodochium pro mendicis, debilibus, vulneratis, caecis, mutilis, iisque omnibus, qui labore suo victum sibi comparare non possunt, extruxisset, quindecimque coronatorum millium perpetuo censu dotasset. Ad eas autem ipse tam ample sunt, & spatiose, ut bis mille homines capiant, H tanta cum commoditate, ut unus ab alio non impediatur. His omnibus victus datur, & amictus.

Pete nonnulla ex Loco de Eleemosyna Pauperibus. Item quomodo suppellex Ecclesiastica impensa, in Loco de Ecclesia, Tit. Ecclesia bona.

Profana, Ebnica exempla.

PELOPIDAS, Hippocli filius, nobilitate genere sicut Epaminondas fuit. Hic amplius inuirtutis opibus, cum adolefens adhuc splendidas facultates ex hereditate accepisset, ut ostenderet dominum se reverat, non servum esse pecuniam, ad bene merendum de bonis viris, qui premebantur inopia, convertit animum. *Plin. in Pelopida.*

DEMOSTHENES dicere solebat, aequum esse, ut pauperes pie foveantur, cum delectu tamen: ita ut dimissis improbis, illo ratio potissimum habeatur, qui praeter culpam egestate premuntur. *Stobens.*

ARISTOTELES cum nefario cuidam homini eleemosynam dedisset. *Quere ante inter Apythegmata.*

TIBERIUS Caelat, primò civitatis & privatis hominibus opem